

BKL  
I 17

30



*[Handwritten signature]*



*SPECIMEN ACADEMICUM  
INAUGURALE,*

EXHIBENS

ISOCRATIS AREOPAGITICUM

INSTRUCTUM

LECTIONIS VARIETATE ET AN-  
NOTATIONE.







PARENTIBUS CARISSIMIS;

*VIRO AMPLISSIMO*

BENJAMINI DE BRUEÿS,

J. U. D. IN REGALI CURIA, QUAE HAGAE  
COMITUM COMONITUR, CONSILIA-  
RIO, PATRUO MAGNO DILECTIS-  
SIMO, HONORATISSIMO,

CONSANGUINEIS RELIQUIS,


PRAECEPTORIBUS,

FAUTORIBUS,

AMICIS,

*S A C R U M.*





## P R A E F A T I O.

**Q**uid consilii in nova hacce Isocratei Operis Editione adornanda secutus sim, breviter praefandum est, cum ut curiosorum hominum, qui id a me fieri fortasse mirentur, levitati occurratur, tum ut justo Doctorum desiderio satisfiat, eorumque omnium, quotquot hac Editione uti velint, utilitati consulatur.

Septimus hic exiit annus, a quo ego studiorum in hacce Academia Lugduno-Batava initium duxi, Theologiae praecipuam operam navaturus. Quod cum a doctoribus monitus rite fieri a nemine posse intelligerem, qui non antea Humaniorum Literarum sensu quodam et accurata scientia imbutus esset, in his quasi vestibula studiorum mihi ponenda esse iudicavi, adeundasque Scholas Wytrenbachianas. Fulgebat enim adhuc Lux illa Literarum, de qua tot tantique nostrorum temporum Literatores lumina accenderunt sua. Vigebat adhuc Vir Celeberrimus, et cum Graecas Latinasque Literas, tum Historiam Universalem more solito quotidie per tres continuas horas tradebat. Quibus quidem Scholis tunc temporis, introducta nova Academicarum Ordinatione Gal-



Gallicis legibus accommodata, quartum accēdebat pensum Scholarum Publicarum de Literarum Latinarum Historia habendarum. Ego autem, in Scholis Inferioribus, quae dicuntur, egregia usus institutione Viri Doctissimi FRANCISCI BOSSII, Gymnasii Latini in hac urbe Rectoris, quae institutio mirificum mihi injecerat Literarum amorem, adeo ut, nisi eum Praeceptorem nactus essem, haud scio an nunquam tantum earum ardorem animus concepturus fuisset, ita paratus et instructus ab omni parte Scholas Wyttēbachianas adii, ut non tum primum in eas advenisse, sed jam per aliquod tempus iis interfuisse mihi viderer: ejus sane maximi beneficii fas est ut hac opportunitate eidem Viro, ejus olim disciplina, nunc amicitia cum maxime fruor, publice gratias agam. Faxit Deus O. M. ut qui tantum juventuti erudiendae prodesse studet, is Literis, Humanitati, Patriae, diu conservetur. Ipsius autem WYTTENBACHII disciplina amorem illum semel conceptum ita auxit et confirmavit, ut jam non solius Theologiae, sed ipsarum Literarum causa Literis operam mihi dandam esse putarem, ac fortasse, nisi alia impediissent, me ab illa plane avocari passus, totum his tradidissem. Quae cum ita essent, ac semel iterumque significasset mihi Wyttēbachius, ut sibi gratum, sic mihi utile fore, si quid in Literis praestitsem, casu quodam incidi in Isocratis lectionem, quae cum animum mirae voluptate afficeret, hunc auctorem mihi relegendum et hic illic aliquid annotandum putavi. Cujus laboris ratione Wyttēbachio reddita, auctor ille mi-



mihî fuit edendi hanc illamve elegantissimi Scriptoris Orationem. A quo consilio ipse minime alienus ex omnibus, quae supersunt numero viginti et una, Orationibus, eam elegi, quae Areopagiticus inscribitur; quippe quae nec nimis longa pro specimine meorum progressuum, nec indigna, cui illustrandae novus labor impenderetur, mihi videbatur. Hanc ego a Praeceptore monitus primum grammatica et historica annotatione pro viribus ita interpretari, ac si eam ipse docens discentibus in schola enarrare debuissim; partem laboris Wyttenbachio ostendere; eodem suadente, cum reliquis ejusdem Orationibus diligenter comparare, quaecunque ei lucem affundere viderentur enotare, deinde cum aliis item Scriptoribus, Historicis, Oratoribus, aliis conferre: quam solam esse justae Editionis parandae rationem a Wyttenbachio acceperam: haec tamen omnia nullo alio consilio, quam ut simpliciter nova Editione eam Orationem frequentarem. Interea temporis, excusso Gallorum jugo, sub finem anni 1815 inducitur nova, quae hodieque viget, Academiarum Ordinatio, qua ut reliquarum disciplinarum studiosis, sic etiam iis, qui Philosophiae Theoreticae et Literis Humanioribus operam dare velint, honos Doctoratus diligentiae praemium proponitur. Suadentibus Parentibus, Consanguineis, Amicis, mei erga Literas Humaniores amoris consciis, ita illarum studia cum Theologia conjungere decrevi, ut in illis Gradum Doctoratus capesserem, huic tantum operae darem, quantum ad gravissimas

\* 2

Theo-



Theologi partes non plane indigna ratione sustinendas sufficeret (quod tamen consilium postea mitigatum est); Speciminis autem Academici lege conscribendi nullum aliud argumentum mihi assumendum duxi, quam in quo pertractando jam per aliquot tempus occupatus fueram: id autem ita perficiendum, inque lucem protrahendum esse, ut simul Disputationis Inauguralis, simul novae Editionis locum teneret.

Haec de causis hujus Opusculi, e quibus jam perspicuum esse arbitror, quare et hunc Scriptorem, et hanc ejus Orationem, non aliam, elegerim, ut non opus esse videatur de praestantia aut Scriptoris aut operis peculiariter dicere. Ac de illa quidem, quis in Antiquitatis historia non plane hospes ignoret Isocratem, *cujus e ludo tanquam ex equo Trojano meri principes exierunt?* quae sunt ipsa Cicéronis verba De Orat. II, 32, ne alia Veterum, quae magno numero exstant, testimonia asseram. Vitam ejus si quis cognoscere cupiat, praeter Fabricium in Bibliotheca Graeca, aliosque recentiores, adeat ipsos Veteres Auctores, qui de ea dedita opera exposuerunt, Dionysium Halicarnassensem, Pseudo-Plutarchum in libello de Vitis Decem Oratorum, Philostratum de Vitis Sophistarum I, 17, alios: quorum libelli plerisque Isocratis Editionibus additi reperiuntur (\*). Breviter de illo egit Ruhnkenius in Hist.

Crit.

(\*) Peculiarem Schirachii Disputationem de Isocrate laudat Morus in Conject. de tempore Panegyrici p. XVIII. Quod cujusmodi sit, dicere non possumus, cum opus nunquam viderimus.



P R A E F A T I O

Crit. Or. Gr. p. LXI. Quae autem hujus Orationis Areopagiticae laus sit, si quis quaerat, ei legendum commendamus elegantem Dionysii Hal. locum, quem retulimus in Annot. p. 54. His ergo nunc missis, dicendum superest, qua ratione, quibusque subsidiis in ea edenda usi simus.

Duo quum sint, quae ab Editore Scriptoris veteris postulantur, *emendatio* et *interpretatio*, quibus, si Graecus auctor sit, vulgo accedere solet *versio*, qua de re cf. Cl. Wyttenbachius Biblioth. Crit. Vol. III. P. I. p. 3. et seqq.; primum hanc dedimus operam ut textum quam emendatissimum ederemus. Textum autem describi curavimus ex Editione Wolfiana majore anni 1570; ita tamen ut seriores Editores secuti totam Orationem in sua distingueremus Capita, integram nobis servaremus interpunctionis, quae dicitur, libertatem, et, quod maximum est, quaecunque aliorum subsidiis adjuti immutanda esse putabamus, immutaremus; cujus rei, ut et reliquae varietatis omnis, rationem reddidimus in brevibus notulis suo loco Graecae Orationi subjectis; Lectorum commodo nos ita demum optime consulere arbitratri, si, quaecunque ad textum constituendum pertinerent, uno obtutu conspicerent, nec Variarum Lectionum farraginem seorsim positam pervolvere cogerentur. Ad alterum autem Editoris officium quod attinet, sive ad *interpretationem*, huic satisfaciendum duximus in uberiore Annotatione, quae Graecum opus excipit, versaturque partim in verbis, partim in rebus, grammatica et critica ratione tractandis. *Res, histo-*



rici maxime generis, utpote in argumento historico, ex historia et antiquitatis doctrina illustrandas duximus: quae interpretandi ratio quum aliorum scriptorum silentio compluribus locis nonnihil difficultatis haberet, eam nos secutos esse dicimus, assecutos non dicimus. Ad verba quod attinet, ea est orationis Isocrateae universe ratio, ut parum habeat difficultatis, nec longa explicatione indigeat. Quod ipsum tamen non impedivit, quominus diligentis Interpretis esse statueremus, in locis difficilioribus verborum aut nexum ostendere, aut significationem et sensum definire: utrumque ita ut ratio potissimum haberetur consuetudinis Isocrateae: quem, quum singulari diligentia, atque adeo, ut nonnullis visum est, sedulitate, in verborum et delectu et collocatione atque ad se invicem relatorum ratione, usum esse constet, magnam ejus rei utilitatem esse putamus non tantum ad ipsius intelligentiam, sed et ad rectam Graecae Linguae cognitionem; atque haud scimus an verissime judicaverit Orellius in fine Praefationis ad Editionem, de qua postea dicemus, Orationis de Permutatione: *Lexicon Isocrateum praecipuum fore subsidium ad accuratiorem Linguae cognitionem; paucos enim Scriptores eam majore diligentia, subtilitate et arte tractavisse, atque complura adhuc in eo reperiri Graecorum consuetudini propria, quae a Lexicorum scriptoribus non sint animadverta.* Sunt etiam loca quibus ea rerum verborumque tractatione omnino opus erat ad uberio-  
 rationem reddendam hujus illiusve insignioris lectio-  
 nis





nis varietatis, cuius in notulis textui subjectis obiter tantum mentio injici potuerat. Ipsius autem Annotationis ad singula Capita antequam initium faceremus, operae pretium duximus, paucis de Oratione universe disputare, appellationis rationem exponere, argumentum ejusque tractandi modum ostendere, tempus, quo conscripta videatur, statuere: quae ut ad singulorum intelligentiam viam patefaciunt, ita a nemine dedita opera pertractata esse videbamus. Quod si quis forte hic illic plura aliorum scriptorum testimonia, diligentiosemve nonnullorum pertractationem desideret, de tota hacce Operis nostri parte universe hoc tenendum est, nos id nobis propositum habuisse ut tantum diceremus, quantum ad singulorum locorum intelligentiam sufficere videretur, et Isocratem ex Isocrate, optimo suorum verborum interprete, illustraremus: quod, cum Isocrates is sit, qui de una eademque re saepius scripserit, sui que fere semper similis unam eandemque sententiam compluribus locis exornaverit, non potuit non frequentissime usu venire. *Versionem* nullam adjiciendam putavimus, primum ob eam, quam diximus, Isocrateae dictionis facilitatem: deinde quia, sicubi difficultas esset, eam in Annotatione tollere conati sumus: denique quod ea molem libri augeri existimabamus, non item utilitatem. Doctiores enim Graeca ipsi sine ope versionis intelligunt: minus doctis et tironibus ad rectam eorum intelligentiam obesse magis, quam prodesse, subinde solet. Quod si quis eam omnino adhibendam



dam sibi ducat, pervulgatae sunt Editiones Wolfianae minores, probabili Versione Latina instructae.

Subsidia laboris nostri quaequam fuerint jam declaremus. Subsidia Scriptorum Veterum edendorum universe duplicis sunt generis, *Libri Scripti* et *Editi*. Ex his illorum loco haberi possunt et parum fere Codicibus Manuscriptis auctoritatem habent eae *Editiones*, quae vulgo *Principes* dicuntur, hoc est quae non ipsae ex aliis, sed e solis Codicibus fluxerunt. Ejus generis, quod ad Isocratem attinet, extra omnem controversiam duae sunt, *Mediolanensis* et *Aldina*, utraque solas Orationes complexa, et forma maxima. Illa Mediolani prodiit anno 1493, cura Demetrii Chalcondylae (docti Graeci, Theodori Gazae discipuli), ut constat ex iis quae in extrema pagina leguntur: titulo enim caret hicce liber, qui, ut quidem teste Heerenio in Opere Germanico de Historia Studii Literarum Graecarum et Romanarum, T. II. p. 109. refert Langius in Praef. ad Isocr. p. 38, secundus est, qui Graece typis expressus fuerit inde ab inventa arte Typographica. *Aldus* autem viginti annos postea aliam Editionem, additis Alcidamae, Gorgiae et Aristidae nonnullis, procuravit Venetiis anno 1513, repetiit anno 1534. Utramque Editionem, quarum illa nondum usus erat Wolfius, recentiore aetate ab aliis collatam, nos denuo cum textu Wolfiano contulimus. Utramque nobis suppeditavit Bibliotheca nostra Publica Lugduno-Batava, quae  
Me



Mediolanensis duò exemplaria, quorùm alteri eadem typorum forma accedunt Theocritus et Hesiodus, Aldinae posterioris item duo; prioris unum exemplar possidet.

Praeter has sunt aliae Editiones antiquiores: *Haganoënsis* ex Officina Seceriana, anni 1533: *Basileënsis prima* anni 1546; Epistolas primum complexa, adeoque hac parte *principibus* annumeranda, e qua Wolfium suam describi curavisse Langius testatur Praef. p. 40: *altera* per Thomam Guarinum anni 1565: *tertia* item anni 1579. Omnes illae formae octavae. Sed harum inspiciendarum nobis copia defuit. Si quae ex iis enotata reperiantur ad hanc Orationem pertinentia, ea Langio aut Corajo debemus. Verum diligenter denuo in subsidium vocavimus aliam Editionem antiquiorem, quae eadem forma prodiit *Basileae apud Michaëlem Insignitium*, sine anno. Ejus exemplar e Bibliotheca V. Cl. Luzacii, in quam cum tota Valckenaeriana venerat, sibi comparaverat Cl. Sluiterus: nos quo tempore hujus Libri distrahebantur, emptione nostrum fecimus. Frequenter in hujus Ed. margine notatae sunt, quas Wolfius in Castigationibus protulit, conjecturae: quae indene in eam venerint, aut ex ea a Wolfio desumptae sint, dijudicari nequit, nisi de tempore, quo ea in lucem exierit, constet: quod quo jure Langius p. 50. ponat in annum 1550, ignoro. Additae sunt Harpocratonis et Suidae quorundam vocabulorum Isocratis explanationes. Meo exemplari hic illic paucula adscripsit

\*\*

Cl.



Cl. Valckenaerius, et titulo quidem haec: „*Miscell. Observ. V. II. p. 3:4. (credo T.H.) quam lectionem a Stephano neglectam — offendi in Basileensis illius, quam Isingrinus adcuravit, nequaquam contemnendae editionis margine jam dudum adnotatam.*”

Primus Isocratem interpres tractare medio Seculo XVI aggressus est *Hieronymus Wolfius*, primum edita anno 1548 *Basileae apud Oporinum* Orationum Epistolarumque Latina interpretatione, addita Castigatione et Annotatione, neutra contemnenda. Hanc tertio anno post 1551, ita correctam ut plane nova videretur, una cum textu Graeco Lutetiae Parisiorum vulgavit: tertius autem curis, addita longe uberiore et Castigatione et Commentario, repetiit anno 1570, forma maxima: atque haec ea est quae κατ' ἐξοχήν *Wolfii Editio major* vocatur, ut a *minoribus*, quae rescissa omni annotatione magno numero forma octava itidem *Basileae* et alibi prodierunt, secernatur. Subsidia sui laboris in Praef. ad Castig. T. II. p. 806. memorat Editiones Aldinam, Haganoënsis, Brubachianam Francofurtensem, et Oporiniam Basileensem; tum Excerpta sibi suppeditata e Codice quodam Huldrici Fuggeri, inde Fuggeriani dicti. Nonnunquam suas ipsius conjecturas in textum recepit: quae tamen de re monuit in Castigationibus, quae ut Annotationes ita scriptae sunt, ut futuro Editori magno usui esse possint, non item Editionis omnibus numeris absolutae locum teneant. Optime de *Wolfii* meritis iudicasse putamus

Lan-



Langium p. 41, *ea, licet successori plura reliquerit tollenda, tanta tamen esse, ut a nullo editore, qui quidem adhuc cum secuti sint, superata videantur.* Acerbius sententiam dixit Harlesius in Intr. in Hist. L. Gr. p. 159. Ac haud scio an immerito et hic et alii Wolfium culpaverint, quod contra Editiones antiquas abusus sit apostrophis: quod de minoribus Editionibus, quarum in re critica nulla fere auctoritas est, concedere possumus, de majori hacce non possumus. Certe in hac Oratione edenda ejus rei nullum indiciumprehendimus: contra ubicunque minor Editio, cujus quo ego usus sum exemplo prodiit Basileae anno 1602, hac parte peccabat, majoris ab ea dissensum et cum antiquis consensum animadverti (†). Ejus autem usum mihi concessit Cl. Wytttenbachius: nec primae illius Versionis anni 1548 inspiciendae opportunitate carui.

Wolfianum exemplar fere, nec tamen ubique, se-

CI:•

(†) Exempli gratia, si cui conferendi otium sit, inspiciantur ex hac Oratione Cap. II. δὲ ἰνδίαις. C. IV. τοὺς δὲ ἡμετέρους. C. VI. Κλεισθ. δὲ, ὁ. C. VII. ἐγὼ δὲ ὤς. C. VIII. τὴν δὲ ἔξουσίαν, μέγιστον δὲ αὐτοῖς. C. IX. δὲ ἀπείχοντο, οὐδὲ ἀπό. C. XI. οὔτε ἴθιρο οὔτε ὠργιαζον. C. XII. ὥστε ὁμοίως, δὲ εἰς, τοὺς δὲ ἄν. C. XIII. δὲ αἰτίας, δὲ οἶμαι. C. XVIII. τοῖς δὲ ἡπίλαι, τοὺς δὲ ὤς, δὲ ἴφινυρον, ὥστε εἰ, δὲ ἱμελίτων. C. XIX. ὥστε ὡκ ἄν. C. XX. οὐδὲ ἰγκλημ. οὐδὲ εἰσφ. ὥστε ἀγαπᾷ, μηδὲ εἰς, ἀλλὰ αἰριῖτθαι, οὐδὲ ἐκ, τῶν δὲ Ἑλλο δὲ ἐν τούτοις. C. XXIV. νῦν δὲ οὐδὲν, τὰς δὲ ἰούτητας. C. XXVI. δὲ ὁ λόγος, οὔτε ἀνωφ. C. XXVII. δὲ εἰ τριάκοντα, δὲ εἰ φύγ. ὥστε ἴτιο. C. XXXI. δὲ ἰζαμαρτ. C. XXXIV. δὲ ὦν. C. XXXVII. ὥστε οὔτε, δὲ εἰς, ὥστε εἰ. C. XXXVIII. δὲ εἰς, ὥστε οὐδ' εἰς. In quibus omnibus Eddis minores, certe nonnullae, apostrophē admittunt.



cutus est *Henr. Stephanus*, qui novam Editionem procuravit, itidem forma maxima, anno 1593. Praeter Aristidis Panathenaicum aliaque nonnulla, addidit septem Diatribas Isocrateas, subjectis item nonnullis Emendationibus; quae maximam ejus Editionis commendationem faciunt. Ejus, utpote notissimae, paginas, literarum notis distinctas, vulgo in laudando Isocrate sequimur.

Jacuit per integrum Seculum XVII studium Isocra-  
teum, non nisi saepius minori forma repetita Wol-  
fiana Editione frequentatum; donec Seculo XVIII.  
*Guilielmus Battie*, Anglus, novae Editionis curam in  
se suscepit. Exemplum Oporinianum, ut ait in  
Praef. secutus, ei subjecit varias lectiones Editionis  
Aldinae, Stephanianae, tum Codicis anno 1593, ut  
ait, impressi (non aliam esse quam Editionem Me-  
diolanensem, addito tantum falso anni numero, cen-  
set Langius p. 39 et 44), qui una cum Codice Mss.  
in Bibliotheca Collegii Novi apud Oxonienses reser-  
vatur; nec non quatuor Mss. Bodlejanorum, ac  
duorum Harlejanorum. Additis annotationibus, ple-  
rumque e Wolfiano Commentario excerptis, hisce  
subsidiis ita usus est Editor, ut Doctorum desiderio  
non satisfaceret. Volumen I. septem Orationes una  
cum Epistolis complexum, prodiit Londini anno  
1729, repetitum cum altero reliquas Orationes com-  
plexo anno 1749. Eam nobis suppeditavit Cl. TH  
WATERUS.

Majoribus subsidiis Codicum decem Bibliothecae  
Regiae Parisiensis, e quibus tamen nullus XIV. Se-  
cu-



culo antiquior erat, nec nisi tres omnes Orationes complectebantur, instructus; Editione item principe utraque, nec non Wolfiana, Stephaniana, Batticana usus, manum operi admovit *Athanasius Auger*, tribusque Voluminibus forma octava anno 1782. Lutetiae Parisiorum in lucem emisit Isocratem, addita nova Versione Latina, Annotationibus, et Variis Lectionibus. Nihilominus et hic diligentiam suam Doctis minus probavit. Ipso ejus Opere uti nobis non licuit, ita ut quaecunque ex eo retulimus, iis, qui eum secuti sunt, Editoribus debeamus, eorumque fide scripta sint.

Vigesimo namque et primo anno post 1803 Isocratem Graece uno Vol. forma octava Halis edidit *Wilhelmus Lange*. Praecedentium Virorum Doctorum subsidiis diligenter usus, adhibitisque praeterea duobus aliis Codicibus, altero Bavarico Seculi XIII. exeuntis, quatuordecim Orationes complexo, altero Augustano primam tantum exhibente, novam textus recensionem adornavit, emendatiorem sine dubio quam quae antea prodierant, subjecta Graecae Orationi Lectionis Varietate, nec tamen ea integra. Majus profecto pretium hujus Editionis foret, si priori Volumini accessisset alterum Notarum et Introductionum in singulas Orationes, promissum in Praef. p. 20, sed quantum scio, nondum editum.

Postremus omnium, qui totum Isocratem ediderint, *Corajus* est, cujus Editio continetur Bibliothecae Graecae ab eo editae Tomo I, qui prodiit anno 1807, duabus partibus constans. Altera textum





Graecum maxima cura et diligentia mendis purgatum continet. Altera Annotationes, quas σημειώσεις dixit, complectitur, breves illas quidem, sed utilissimas cum ad interpretationem, tum ad iudicium de genuina lectione regendum, omnes autem mere Graecas. Multum in hac praestantissima Editione adornanda Viro Doctissimo profuit, praeter reliqua illa subsidia, usus Codicis omnium qui adhuc colati erant antiquissimi. Qui Codex ad eos pertinet, qui victoriis Gallorum ex Italia in Bibliothecam tunc Imperatoriam allati sunt, scriptusque est in membrana anno 1063, manu Theodori Notarii, exceptis octo prioribus foliis maximam partem Orationis ad Demonicum continentibus, quae ab indocite homine abscissae, seriore minusque perita manu suppletæ sunt. Epistolæ non insunt. Hic illic scholia margini adscripta reperiuntur, partim eadem, partim seriore manu; quae Scholia Corajus textui Graeco subiecit pag. 440—448. Vid. quae ipse de hoc Codice dedit in Scriptione de sua Editione, itidem Vol. I. subjecta, pag. 68—72. (ογ—πβ). Ejus, ut et Langii Opus, nobis suppeditavit Bibliotheca Academiae nostrae.

Ne nunc de singularum Orationum Editionibus, veluti Panegyrici *Mori*, Euagoræ *Findeisenii* cura repetiti, aut etiam de praestantissima Epistolarum editione a *Matthæo* procurata anno 1776, de qua breviter retulit Cl. Wyttenbachius *Bibl. Crit. Vol. I. P. III. p. 98*, dicamus; hæc adhuc erant, de quibus plura si quis cognoscere cupiat, praeter Fabri-

bri-



bricium et Harlesium in Biblioth. Graeca, adeat Morum in Notitia Codicum et Editionum Panegyrico praefixa, Langium in Praef. p. 36 et seqq. Corajum l. c. p. 63.—68. (ογ — οη); cum ea fuerit temporum nostrorum felicitas, ut post omnes Virorum Doctorum labores nova editione frequentaretur una ex praecipuis Isocratis Orationibus, ea, quae inscribitur *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, sive *de Permutatione*, qua se ipse adversus malignorum hominum calumnias defendere studuit Orator; neque hoc ita ut simpliciter jam antea edita recuderentur, sed ut, ingenti lacuna suppleta, integra, ut ex auctoris manibus exierunt, in lucem prodirent. *Andreas* enim *Mustoxydes* doctus Graecus, Bibliothecas Italas percrutans, si forte, alicubi codicem inveniret, quo suppleri posset ingens lacuna, quae in Panathenaico esse fertur auctore Scaligero Epist. 431, et de qua vid. Augerius in Disputatione subjecta T. II. a quo sua sumsit Langius in Add. p. 83., forte fortuna incidit in duos Codices, alterum Bibliothecae Ambrosiacaе, alterum Laurentianae, qui *octoginta* fere paginis majorem, quam antea edita fuerat, Orationem illam *περὶ τῆς ἀντιδόσεως* exhiberent, quam maximam reliquarum omnium esse Photius Cod. CLVIII. (vid. Corajus T. II. p. μη.) alii-que tradiderant. Mox anno 1812 integram Orationem cum parte recens reperta edidit, hoc titulo: **ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ, ἤδη πρῶτον εἰς τὴν ἀρχαίαν γραφὴν διασκευασθεὶς καὶ ὀγδοήκοντα περὶ πού σελίδας ἐπαυξηθεὶς, σπουδῆ ἈΝΔΡΕΟΥ ΜΟΥΣΤΟΞΙΔΟΥ, ΙΣΤΟΡΙΟΓΡΑΦΟΥ ΤΩΝ**



ΤῶΝ ΙΩΝΙΩΝ ΝΗΣΩΝ· ΕΝ ΜΕΔΙΟΛΑΝῶ;  
 ἐκ τῆς τυπογραφίας Ι. Ι. ΔΕΣΤΕΦΑΝΟΥ. αῶιβ. 8<sup>ο</sup>.  
 Annotationis scribendae curam futuro Editori reliquit Mustoxydes. Eam suscepit *Orellius*, repetiitque biennio post idem opus hac inscriptione: **ΙΣΟΚΡΑΤΟΣ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ**, *vervollständiget herausgegeben von Andreas Mustoxydes, Historiographen der Ionischen Inseln. Verbesseret mit Anmerkungen und Philologischen Briefen begleitet von JOHANN KASPAR VON ORELLI, Mitglied der Italienischen Gesellschaft der Wissenschaften, Litteratur und Künste. Nebst zwey Anhängen* Zurich 1814. Pars antea inedita interjacet verbis Ed. Steph. p. 343, C: τοσούτω μᾶλλον τὴν αὐτοῦ δianoian ἀσκήσει ἢ πολλῶν δ' ἐφεστώτων μοι λόγων ἀπορῶ πῶς αὐτοῦς διάβωμαι, legiturque inde a pag. 53—131. Missis reliquis, quae ingenium Isocrateum perfecte referunt, suntque lectu suavissima, repetuntur loca ex Orat. ad Nicocl. Ed. Steph. p. 17, D: μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης — 22, C: ἰχρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων· inde a pag. 53—58: tum ex Orat. contra Soph. εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν ἄλλων — ἀνάγκη ταύτη χειρὸς διακεῖσθαι τοὺς πλησιάζοντας, inde a pag. 95—97. Steph. 293, E — 295, A. non ea ad verbum, sed ita ut ab antea editis paullulum differant, et ipso fatente Isocrate κομψωτέρας dicta sint. Non esse quod dubitetur quin omnia ab ipsius manu profecta sint, idoneis argumentis ostenderunt Mustoxydes et *Orellius* in sua quisque Praefatione. Annotatio

122

op.



optimae frugis est, uti et Epp. Philologicae. Appendix i. constat Editione Orationis Isaei de Menecelis haereditate, addita animadversione et varia lectione: II. animadversionibus in Xenophontis Symposium. Libri, cujus primam notitiam hauseram ex J. C. REUVENS Collect. Liter. p. 160, usum ejusdem Viri Cl. humanitati debeo. Ejusdem inter opera olim commemoranda meminit Cl. Wyttenbachius Philom. L. III. p. 323. Ex his autem facile intelligitur, quantum ille ad studium Isocratis conferre possit: ac revera in hacce Oratione Areopagitica edenda insignem nobis utilitatem praestitit: quare paucis de eo referre operae pretium duximus.

Sequitur ut dicamus de alio eoque novo subsidio ex altero illo, quod diximus, genere, quod nobis eadem Bibliotheca Lugduno-Batava praebuit, de Codice inquam Manuscripto, qui in ea servatur, cujusque usum debemus Cl. BAKII humanitati. Codex memoratur inter Codices Mss. N<sup>o</sup>. 29, Catalogi p. 340, indeque in Fabricii Biblioth. Gr. II, 26, 5. Ed. Harles. Vol. II. p. 793. Chartaceus est, nitide scriptus, forma quarta, sive potius, ut vulgo dicunt, in folio minori. Testante inscriptione in pagina prima Eilhardus Lubinus dono dedit Josepho Scaligero. Omissis Epistolis, insunt omnes Orationes. Codicem non antiquiorem esse posse Seculo XVI cum ex literarum forma, praesertim  $\epsilon$  valde depressa et fere ad  $\omega$  accedente, tum e chartae indole, in qua forcipis figura ea, quae recentiore demum aetate fuit, apparet, mihi ostendit Vir Cl. BILDERDYKIUS. Nec

\*\*\*

ta-



tamen temere quis suspicetur eum ex antiquiore descriptum esse, sive ipsius Lubini manu, sive sub ejus auspiciis. Complures enim bonas et antiquas lectiones continet; ut manifeste apparet ex frequenti ejus consensu cum Codice illo antiquissimo, quo Corajum usum esse diximus, quem consensum in hujus Orationis varietate notanda saepius animadvertere nobis licuit. Nec tamen propterea censendus est ex illo fluxisse. Nam haud paucioribus locis ab illo discedit, et nonnulla habet quae alibi non reperiuntur (\*). Ne dicam de ordine Orationum, quem in illo Coraji Codice eum esse, ut primo loco posita sit Oratio ad Demonicum, quemadmodum item in Editionibus Principibus res sese habet, ex iis quae antea diximus apparet: in nostro vero Codice Lugduno-Batavo plane alia ratione dispositae leguntur, hac: Ἰσοκράτους· πρὸς νικοκλέα· περὶ βασιλείας, νικοκλής· ἢ συμμαχικός. πανηγυρικός. πρὸς δημόνικον.

(\*) Ad consensum quod attinet, vid. hujus Orationis Cap. I. ἡτοῖμοις. V. ζητοῦμεν. XI. p. 16: δίκαιον ἡμοῖς δεκτὸν: item προσθήσωσι: p. 17: καὶ γὰρ τοι. XII. p. 19: χρήσις omissum. XVI. p. 21: τὰ πραγματά. XXIV. p. 32: τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδύμασι. XXVII. ἀποδομένης. XXXI. πρὸς γὰρ ταῦτοις: item τῶν πρῶν: item ἄλλως τε καὶ: item προσῆκεν ἡμῖν ἴστί. XXXII. ἀξίως. Dissensus apparet in his: Cap. IX. ἵστοι δὲ ἴσαν. XVI. p. 23: ἀπαρασκευάσωσι. XXXII. ἰδίας. alibi. Singulares Cod. LB. lectiones sunt: Cap. V. ἴσαν et μίλλων. VIII. ἰσότησιν. XI. p. 16: τριακοσίας. XIII. p. 19: ἐὼ μὴν omissum. XIV. ἡμῶν εἰ πρόγονοι. XVI. p. 23: ἀπλῶς. XVII. p. 24: τῆν additum. XXI. τῶν ἰών. XXVI. παραλείπει et ἴστι δέ. XXVII. p. 34: κατ' αὐτῶν. XXVIII, διείσθηται ἄν. alia. Nisi ex his quaedam ei communia sint eum Codicibus Augerii, aliisque: nam difficile ea de re judicium est, nisi omnium Codicum diligenter varietatem cognitam habeas.



Ἰλένης ἐγκώμιον εὐχαράς. ἐγκώμιον εἰς Βούσιριν. κατὰ σοφιστῶν. πλαταικός. ἀρεοπαγιτικός. Φίλιππος. περὶ τῆς εἰρήνης. ἀρχίδαμος. παναθηναϊκός. περὶ τῆς ἀντιδόσεως. κατὰ τοῦ λοχίτου. πρὸς εὐθύνοον. ἀμάρτυρος. περὶ τοῦ ζεύγους. αἰγινήτικος. τραπεζητικός. παραγραφικός πρὸς κάλλιμαχον. In qua postrema Oratione versus finem paucula verba desunt. Hinc ergo fit, ut ubicunque uterque Codex in aliqua bona lectione conveniunt, non unum sed duos testes ea habeat; ubi autem noster LB. solus hanc vel illam bonam lectionem offert, non obstet ejus recentior aetas, quominus ea lectio pro antiqua et vera habeatur.

Haec igitur (nam quae apud Fabricium B. Gr. II, 26, 5. Ed. Harles. V. II. p. 786. peculiaris memoratur *Areopagitici Editio Gracco-Latina*, cura Jo. Breneccii, Helmstadii edita anno 1638. 4<sup>o</sup>. ejusdemque *Versio Latina* a Ludovico Vive facta, Opp. T. I. p. 308. eae nomine tantum nobis cognitae sunt), ne Grammaticos aliosve Scriptores, quos, sicubi aliquid ex Isocrate retulisse suspicabamur, inspeximus et cum ad interpretationem tum ad usum criticum adhibuimus, commemoremus; de subsidiis, quibus ad hanc Editionem adornandam accessimus, dicta sunt. Quae si cui forte longiora videantur quam pro consilio nostro, qui non integrum Isocratem, sed unam tantum ejus Orationem edendam suscepimus; maluimus longiores videri quam ea omittere, e quibus intelligeretur, et quid in Isocrate edendo jam praestitum sit, et quid adhuc perfici possit. Namque etsi qui primus eum critica ratione trac-



tandum sumsit Wolfius, tantum et doctrinae ubertate et ingenii felicitate in eo et interpretando et emendando effecerit, ut ex iis qui idem opus postea aggressi sunt neminem sibi parem habeat; etsi eorum, qui secuti sunt, Virorum Doctorum, Battiei, Augerii, Langii, Coraji, cura ac diligentia in evolvendis perscrutandisque Veteribus Editionibus Codicibusque, post Wolfii operam, multum ad politissimi Scriptoris opera perpolianda, Coraji autem breves annotationes plurimum ad eorum intelligentiam contulerint; nihilo tamen secius nulla adhuc Editio existat, in qua omnia ita pertractata et explicata sint, ut, quantum quidem in hac humana imbecillitate fieri potest, suis absoluta numeris dici queat: unde fit ut haud supervacanea eorum opera futura sit, qui eam curam, laboris plenam, in se suscipiant. Nec vero haec eo valere debent, ut de nobis ita existimari cupiamus, ac si in hujus Orationis Editione omnia ea, quae adhuc desiderabantur, perfecimus: nostrae nobis tenuitatis conscii ab ista arrogantia alienissimi sumus. Et quamvis fateamur nos in hac quidem Oratione tractanda consilium Editionis omnibus numeris absolutae temere aliquando esse secutos, non assecutos esse et certo scimus, nec prae nobis ferimus, neque a juvene Academiae spatia modo relinquente, necdum in Doctorum numerum admissio, aut exspectari aut postulari vel potest vel solet. Hoc animo hocce, qualecunque tandem sit, profectuum nostrorum, si qui sint, specimen Doctorum  
ju-





judicio permittimus, tum demum satis dignum laboris praemium consecuturi, si intellexerimus aliquid saltem et nostram operam contulisse ad elegantissimi Oratoris intelligentiam adjuvandam, ejusque amorem in aliorum animis excitandum.

Et in his quidem jam desinendum esset, nisi superesset aliud officium, cui non satisfacere nefas sit. Jam enim tempus venit quo iis, quorum aut in studiis Literarum egregia institutione, aut in hoc Opusculo conscribendo auxiliis consiliisque usus sum, pro tantis beneficiis gratiae agenda sunt; quod officium si dixero facilius animo et cogitatione quam verbis praestari, haud vereor ne quis a me dissentiat eorum, qui aliquando in simili causa versati sunt.

Primum ergo Tu mihi compellendus es, Celebrissime WYTTENBACHI, qui mihi totius hujus operis auctor suasorque exististi. Quam laetor eam mihi felicitatem contigisse, Te ut in Literarum studiis Duce uterer. Quanto gaudio meminisse juvat illarum horarum, quas in Scholis tuis et utilissime semper et jucundissime transegi, quum Te aut Homerum praelegentem, aut Ciceronem interpretantem, aut res gestas populorum narrantem, aut earum disciplinarum, quae ad humanitatem pertinent, ortum, incrementa, florem, rursusque lapsum, interitumque exponentem audiebam. Utinam et ego, et qui mecum iis interfuerunt omnes tantos inde fructus percepissent, quantos inde percipi par erat, nec quisquam sua sibi ipse incuriane dicam an desidia



defuisset. Quid dicam de humanitate, qua me Literarum amore flagrantem, Teque identidem aduentem excepisti? Quid de monitorum salubritate, consiliorum prudentia, in auxiliis praestandis benevolentia? Utinam quod opus tuis auspiciis aggressus sum, idem tuis quoque auspiciis absolvere licuisset. Sed cheu! dira ac nefanda labe oculorum aciem tibi abstulit, ingravescens senectus corpus assiduis laboribus fractum afflixit studiisque inhabile reddidit. Sic factum est ut, quamvis animus vigeat, quo tempore tuam opem maxime desideraveram, eo, invitum licet, opem, quantam promiseras, ferre non potueris. Sic accidit ut, quae sola Opusculo meo decus ornamentumque addere poterat vel brevissima tua aut animadversio aut commendatio, ea orbatum, nudum et inerme in lucem exeat. Sic tamen tibi persuasum habeto venerabilis Senex, ante solem e mundo sublatum iri, quam mea excidat memoria Wyttenbachii me discipulum esse, et, si quid boni hicce libellus habeat, illud omne Wyttenbachii disciplinae acceptum referendum esse. Faxit Deus Optimus Maximus, bonorum ille omnium auctor datorque, Te ne graviora etiam senectutis mala opprimant, Tu ut quamdiu Orbi Literato prodesse possis incolumis serveris, tandemque corporeo carcere liberatus immortalis animus ad sedes beatiores avolet, dignumque virtutis praemium accipiat.

Ad Te me convertito, Clarissime ΒΑΚΙ, Promotor Aestumatissime. Tu, si quis unquam, Wyttenbachio Praeceptore dignus discipulus, ut in Literis

tra-



tradendis illius insistis vestigiis, sic quod senex infirmus ac debilis mihi praestare non potuit, id Tu doctrina, qua paucos, humanitate, qua neminem tibi parem habes, supplere conatus es. Tuum est, si quid ego e Wyttenbachii Schola profectus dignum tanto Duce praestiterim. Tuum, si ut interna bonitate, sic externo habitu sese commendet hocce Opusculum, atque a vitiorum foeditate immune Doctorum oculis subjiciatur. Te nisi habuissem, profecto multo me magis Wyttenbachio carere sensissem, Te, inquam, quem, etsi gravissimis multiplicibusque laboribus impeditum, nunquam non in consiliis dandis benevolum, in subsidiis suppeditandis facilem, ad opem ferendam paratum inveni: Te, inquam, qui non ut Magister discipulos, sed ut amicus amicos cum omnes, qui tuam familiaritatem cupiunt, excipere soles, tum me praesertim, quem ante hos novem annos primus aliqua Literarum Graecarum scientia in Scholis Inferioribus imbuisti, ab illo ipso die quo primum Tu me, ego Te cognitum habeo, excepisti, tractasti, tractare pergis, et ut spero quam diutissime perges. Tu, si quid mea amicitia indiges, scias me tibi totum devinctum esse, nec gratiam tantum pectori inclusam habere, sed ad eam re factisque Tibi referendam et esse et in posterum fore paratissimum. Tu quo pede summi Praeceptoris vestigia sequeris, eandem aliquando gloriae metam attingas. Te summus ille Rector Gubernatorque rerum humanarum ad extremam usque senectutem ve-


ge



getum incolumemque servet ad Academiae salutem,  
Literarum emolumentum, Patriae decus.

Tu quoque mihi breviter compellendus es, venerande TOLLI, qui Wyttenbachio viam mihi in Graecis Literis monstranti comitem Te et alterum ducem ad-  
juxisti, et in quo ut amabilem morum facilitatem, sic in ipsa senectutis molestia animi hilaritatem nunquam admirari desinam. Tu quiete, pure et eleganter actae aetatis memoria levatus placidam lenemque transigas senectutem, donec sero dies ille veniat, quo facilem exitum nactus hanc humanae vitae brevitate cum sempiterno coelicolum gaudio commutes.

Vos denique alloquor Viri Praestantissimi, SIEGENBEEKI, WYNPERSSI, BORGERE, REUVENSI, quorum ego et in diversis generibus disciplina et jucunda familiaritate me frui, laetus memini. Vobis etiam persuasissimum esto de grato discipuli animo. Vos reliquique omnes Nobilissimi Ordinis Vestri Viri Clarissimi vitam feliciter et utiliter agite, mihi que favere pergite.



1 Σ 04



ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ.





ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ  
ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙ  
ΑΔΥΡΙΩΤΟΥ  
ΑΥΣΩΝ ΑΡΙΟ

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ.

ΙΕΡΩΝΤΜΟΥ ΘΥΟΛΦΙΟΥ  
ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Δύο ἐστὶ τὰ βλαβερώτατα ταῖς πολιτείαις, ἓν μὲν τυραν-  
νίς, ὅταν οἱ ἄρχοντες κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς βιάζωνται  
τοὺς ἀσθενεστέρους, εἰς τὰς ἰδίας μόνον ἐπιθυμίας καὶ πλεο-  
νεξίας καὶ φιλοτιμίας ἀπανταχοῦ ἀποβλέποντες· ἕτερον δὲ  
ἀναρχία, τοῦ δήμου τῶν μὲν νόμων τε καὶ τῶν ἀρχόντων  
καταφρονούντος, τοῦ πᾶν δὲ καὶ ποιεῖν καὶ εἰπεῖν ἐξουσίαν  
λαμβάνοντος. μηδετέραν δὲ ταῖν ταραχαῖν καὶ συγχύσεων  
εἶναι πολὺν διαμεῖναι χρόνον, ἀλλ' ἐξ ὑποδοχῆς, καθά-  
περ οἱ σπαρτοὶ ἐκείνοι, ἢ ἕτερα τὴν ἕτεραν ἀναιρεῖ, ἢ δὲ  
μεταξὺ τούτων κατάστασις ἀρίστη, καὶ ὡς ἀληθῶς ἐλευθερία  
ἐστίν, ὅταν εὐνομία τὰ τε τῶν ἀρχόντων καὶ τὰ τῶν ἀρχο-  
μένων ἀμετακινήτως δικαίῃ, καὶ οἱ μὲν φρονιμώτατοι καὶ  
βέλτιστοι τὰς ἀρχὰς ἔχωσι, τὸ δὲ πλῆθος σωφρονῶν πειθαρχῆ,  
καὶ οἱ νεώτεροι μετὰ πλείστης ἐπιμελείας παιδεύωνται·  
οὐ μὴν ἀλλὰ καθάπερ τὰς Ἀθήνας ἄλλοτε μὲν οἱ τύραννοι  
ἐλυμῆναντο, οὕτω δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν τῷ μὲν λδγμ  
ἔτε.

ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ] Sic uti et scribitur in Codice  
vulgo editur. Sed Edd. Me- Lugduno · Batavo, et aliibi,  
diolanensis, Aldina, Isingri- Vid. Introd. in Annot.  
niana habent Ἀρεοπαγιτικός,





ἕτερον, τῷ δὲ ὄντι τὸ αὐτὸ κακὸν, καὶ ὁμοτάτη γε τυραν-  
νίς ἢ τοῦ δήμου ἀκολασία ἐνειστήκει. Ἴσοκράτης οὖν, γέρον  
ἀνὴρ ὢν καὶ ἐπὶ φρονήσει καὶ ἀρετῇ εὐδοκιμῶν, εἰσηγήσατο  
περὶ πολιτείας ἐπανορθώσεως τοῦτο ποιῶν ἐν τῷ ἡρατίστῳ  
τῶν συνεδρίων τῶν Ἀθηναίων Ἀρείῳ πάγῳ· ὅθεν καὶ τοῦνομα  
ἔσχεν ὁ λόγος, Ἀρειοπαγιτικὸς ἐπιγραφόμενος.

Πολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν, ἦντινᾶ ποτε  
γνώμην ἔχων, περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποίη-  
σάμην, ὥσπερ τῆς πόλεως ἐν κινδύνοις οὐσίας, ἢ  
σφαλερῶς αὐτῇ τῶν πραγμάτων καθεστηκότων, ἀλλ'  
οὐ πλείους μὲν τριήρεις ἢ διακοσίας κεντημένης·  
εἰρήνην δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν ἀγούσης, καὶ  
τῶν κατὰ θάλατταν ἀρχούσης· ἔτι δὲ συμμάχους  
ἔχούσης, πολλοὺς μὲν τοὺς ἐτοίμως ἡμῖν, ἦν τι  
δέη,

C A P. I.

Καθεστηκότων] καθεστώτων

Πολλοὺς ὑμῶν οἶμαι κ. τ.  
λ.] Partem exordii retulit  
Dionysius Halicarnassensis  
περὶ συνίσεως ὀνομάτων pag.  
27. l. 7—24. hic illic cum  
quādam varietate: veluti sta-  
tim ab initio exhibet οἶμαι.

Ἡ σφαλερῶς] Langius le-  
gendum esse suspicabatur καὶ  
σφαλερῶς. Haud temere: nec  
tamen ulla mutatione opus  
est. Vid. Corajus.

Dionys. Hal.

Ἐτοίμως] Wolfius in Cast.  
restituit pro ἐτοίμους, quod  
est in Cod. LB. et Edd.  
Med. Ald. Isingr. uti et  
apud Dionys. Hal. improban-  
te Sylburgio, quodque in tex-  
tum receperunt, H. Step-  
hanus, Angerius et Langius.  
Rectius post Wolfium ἐτοί-  
μας tuentur Battieus et Co-  
rajus. Vid. Ana.



δέη, βοηθήσοντας, πολὺ δὲ πλείους τοὺς τὰς  
 συντάξεις ὑποτελοῦντας, καὶ τὸ προσταττόμενον  
 ποιοῦντας. Ὡν ὑπαρχόντων, ὑμᾶς μὲν ἂν τις φή-  
 σειεν εἰκὸς εἶναι θαρρεῖν, ὡς πόρρω τῶν κινδύνων  
 ὄντας· τοῖς δὲ ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις προσήκειν δέ-  
 διέναι καὶ βουλευέσθαι περὶ σωτηρίας.

β. Ὑμεῖς μὲν οὖν οἶδ' ὅτι τούτῳ χρώμενοι τῷ  
 λογισμῷ, καὶ τῆς ἐμῆς προσόδου καταφρονεῖτε,  
 καὶ πᾶσαν ἐλπίζετε τὴν Ἑλλάδα ταύτη τῇ δυνάμει  
 κατασχῆσειν· ἐγὼ δὲ δι' αὐτὰ ταῦτα τυγχάνω δε-  
 διώς. Ὅρῳ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν  
 οἰομένας, τὰ κάκιστα συμβουλευομένας· καὶ τὰς  
 μάλιστα θαρρούσας, εἰς πλείστους κινδύνους καθι-  
 στα-

Συντάξεις] συνάξεις Cod. rus ad Isocr. Paneg. C. I.  
 Bav. ap. Lang. item Cod. Co- not. b.  
 raji et LB. Male.

C A P. II.

Τοῖς δὲ ἐχθροῖς] Minus  
 recte Edd. Wolf. minores τοῖς  
 δ' ἐχθροῖς quod et Batticus  
 servavit. Illud tuetur Ma-  
 jor, consentientibus veteri-  
 bus libris Med. Ald. Isingr.  
 Cod. LB. probantibus Ste-  
 phano, Langio, Corajo. Fe-  
 re ubique eadem minorum  
 Editt. a majori discrepantia,  
 idem hujus cum veteribus  
 consensu apparet, ut illarum  
 nulla sit auctoritas. Cf. Mo-

Χρώμενοι] Ed. Wolf. maj.  
 vitiose χρώμενον.

Τὰ κάκιστα συμβουλευομέ-  
 νας] Omisso articulo et prae-  
 positione κάκιστα βουλευομέ-  
 νας habet Dionys. Hal. quo-  
 rum illud, Codicis Mas-  
 s. auctoritate, vulgari συμβου-  
 λευομένων praetulit Augerius,  
 et post eum Corajus. Non  
 necesse putat Langius.

Πλείστους] Dion. Hal.  
 πλείους.



φταμένας. Αἴτιον δὲ τούτων ἐστίν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὐτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἀνοία, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία· ταῖς δὲ ἐνδεΐαις, καὶ ταῖς ταπεινότησι, σωφροσύνη καὶ μετριότης. Ὡστε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι, ποτέραν ἂν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς παισὶ τοῖς αὐτοῦ καταλιπεῖν. Ἴδοιμεν γὰρ ἂν, ἐκ μὲν τῆς φαυλοτέρας εἶναι δοκούσης ἐπὶ τὸ βέλτιον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰς πράξεις ἐπιδιδούσας· ἐκ δὲ τῆς κρείττονος φαινομένης ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰθισμένας μεταπίπτειν. Καὶ τούτων ἐνεργεῖν ἔχω παραδείγματα, πλεῖστα μὲν ἐκ τῶν ἰδιωτικῶν  
πραγ-

Πλούτοις] Restituit W. pro πλουσίοις, quod habent Med. Ald. Isingr. Cod. Coll. N. ap. Battieum, Codd. H. et I. ap. Auger. item LB. Illud ut postulant reliqua hujus loci, ita confirmant Dionys. Hal. probante Sylburgio, et Cod. Bav. ap. Langium. De plurali πλούτοις cf. Corajus.

Καὶ μετριότης] καὶ πολλὰ μετριότης Dionys. Hal.

Δέξαιτο] Sic et alibi semel atque iterum. Sed quid si εὔξαιτο? W. in Cast.

Αὐτοῦ] Cod. LB. αὐτοῦ. male.

Ἐχω] Codd. et Edd. vett. fere omnes ἔχειν, pro quo Wolf. in Cast. fortasse, inquit, ἐστὶν vel ἔχοιμι, illo in textum recepto, in quo eum secuti sunt Steph. (nisi quod hic edidit ἔστιν) Batt. Auger. Jam in marg. Ed. Isingr. legitur ἐστὶν vel ἔχοιμι. Langius e Cod. Bav. recepit ἔχει. Quod mutavimus in ἔχω, praeunte Corajo, qui, si cui id minus placeat, scribendum putat ἔχοι τις ἂν, ut Cap. IV. in f. γνώμη τις ἂν. Jam Wolfius istud ἔχω conjecerat Ann. p. 478, 45.



πραγμάτων (πυκνωτάτας γὰρ ταῦτα λαμβάνει τὰς μεταβολὰς), μείζω δὲ καὶ φανερώτερα τοῖς ἀκούουσιν, ἐκ τῶν ἡμῖν καὶ Λακεδαιμονίοις συμβάντων.

γ. Ἡρεῖς τε γὰρ, ἀναστάτου μὲν τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν βαρβάρων γενομένης, διὰ τὸ δεδιέναι καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων· ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλητον ὤθημεν ἔχειν τὴν δύναμιν, παρὰ μικρὸν ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι. Λακεδαιμονίαί τε τὸ μὲν καλζιδὸν ἐκ Φαύλων τε καὶ μικρῶν πόλεων ὀρμηθέντες, διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν, καὶ στρατιωτικῶς, κατέσχον Πελοπόννησον· μετὰ δὲ ταῦτά μείζω φρονήσαντες τοῦ δέοντος, καὶ λαβόντες καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν, εἰς τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν κινδύνους κατέστησαν. Ὅστις οὖν εἶδῃς τοσαύτας μεταβολὰς γεγενημένας, καὶ τηλικαύτας δυνάμεις οὕτω ταχέως ἀναιρεθείσας, πιστεύει τοῖς παροῦσιν, ἀνόητός ἐστιν· ἄλλως τε καὶ τῆς μὲν πόλεως ἡμῶν πολὺ καταδεέστερον νῦν πραττούσης, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον· τοῦ δὲ μίσους τοῦ τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῆς ἐχθρας τῆς πρὸς τὸν βασιλέα, πάλιν ἀνακεκαινισμένης· ἃ τότε κατεπολέμησεν ἡμᾶς.

δ.

C A P. III.

Μείζω φρονήσαντες] μείζον φρον. legendum esse conjicit Corajus.

Καὶ τὴν κατὰ θάλατταν]

τὴν non legitur in Cod. L. B. θάλατταν post Corajum edidimus pro vulg. θάλασσαν. Sic supra Cap. I.



δ. Ἀπορῶ δὲ, πότερον ὑπολάβω μηδὲν μέλειν ὑμῖν τῶν κοινῶν πραγμάτων, ἢ Φροντίζειν μὲν αἰ- τῶν, εἰς τοῦτο δ' ἀναισθησίας ἔκειν, ὥστε λαθάνειν ὑμᾶς, εἰς ὅσην ταραχὴν ἢ πόλιν ἡμῶν καθέστηκεν. Ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις, οἵτινες ἀπάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θράκης ἀπολωλεκότες, πλείω δ' ἢ χιλία τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀπαναλωκότες, πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι, καὶ τῷ βεββέρῳ πολέμιοι γεγυνοῦτες: ἔτι δὲ τοὺς μὲν Θηβαίων Φίλους σώζειν ἠναγκασμένοι, τοὺς δὲ ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους ἀπολωλεκότες: ἐπὶ τῶσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δις ἤδη τεβύκαμεν, ραθυμότερον δὲ περὶ αὐτῶν

ἐκ

C A P. IV.

Μέλειν] Ed. Med. Codd. Bav. apud Langium et LB. μέλλειν.

Καθέστηκεν] Καθέστηκεν vitiose Isingr.

Ἐμῖν — ὑμᾶς] Forte leg. ἡμῖν — ἡμᾶς suspicatur Coray.

Ἐοίκατε γὰρ οὕτω δ. ἀ.] Fortasse collocanda vel post κοινῶν πραγμ. vel post ἀναισθησίας ἔκειν Vid. Ann.

Ἀπαναλωκότες] Recepimus pronūg ἀπαναλωκότες, praeeunte Corajo. Vid. Ann.

Ἐπὶ τῶσαύταις πρ.] *Matrim* τῶσαύταις inquit W. in *Cast.* et edidit. Sed vett. omnes Med. Ald. Isingr. Cod.

LB. Codd. Battiei, Bav. ap. Lang. τῶσαύταις, quod iam Stephanus ediderat, postea servarunt Augerius, Langius, Corajus. Alter quidem nihil mutandum esse monet, cum τῶσαύταις, non solum significet *toti*, sed etiam *tantis*. Omnino multitudo calamitatum, quas Isocrates deplorat, suadere videtur, ut legatur τῶσαύταις.

Τεβύκαμεν] Vitiose Med. Ald. al. τεβείκαμεν. Castigavit Wolfius, et confirmant Isingr. et Cod. Bav. ap. Langium.

Ῥαθυμότερον] *εβθυμότερον* Cod. Coll. N. ap. Batt. Aldus et Isingr.



ἐκκλησιάζομεν τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόντων.  
Καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιῶμεν, καὶ πάσχομεν.  
οὐδὲν γὰρ οἶόντε γίγνεσθαι κατὰ τρόπον τοῖς μὴ  
καλῶς περὶ τῆς διοικήσεως ὅλης βεβουλευμένοις,  
ἄλλ' ἔαν καὶ κατορθώσωσι περὶ τινῶν πράξεις, ἢ  
διὰ τύχην, ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετὴν, μικρὸν διαλιπόν-  
τες, πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἀπορίας κατέστησαν. Καὶ  
ταῦτα γνοίη τις ἂν ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς γενομένων.

ε. Ἀπάσης γὰρ τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν  
ὑποπεσοῦσης, καὶ μετὰ τὴν Κόνωνος ναυμαχίαν,  
καὶ μετὰ τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν, οὐδένα χρόνον  
τὰς εὐτυχίας κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως  
διεσκαριφθῆσάμεθα καὶ διελύσαμεν αὐτάς. Πολι-  
τείαν γὰρ τὴν ὀρθῶς ἂν τοῖς πράγμασι χρησομένην,  
οὔτ' ἔχομεν, οὔτε λαβεῖν ζητοῦμεν. Καίτοι  
τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν καὶ παραγιγνομέ-  
νας, καὶ παραμενούσας, οὐ τοῖς τείχη μέγιστα  
καὶ

Περὶ τῆς διοικ. ὅλης] *Malim*  
*περὶ τῆς ὅλης διοικ. αὐτ*  
*γράφεισθε ἀπὸ ὅλης ἀρτίκυλο*  
τῆς. W. in Cast.

С А Р. V.

Καὶ μετὰ τὴν Κόν. ] *Malim*  
μέτὰ τε τὴν Κόν. Idem.  
'Ορθῶς ἂν] ὀρθῶς μὲν. Cod.  
LB.

Ζητοῦμεν] E Cod. Bav,

Langius, e suo Corajus in  
textum receperunt pro vulga-  
ri αἰτοῦμεν. Habet etiam Cod.  
LB. Jam Wolfius in Cast.  
notaverat: *quid si ζητοῦμεν?*  
et Tib. Hemsterh. margini ex-  
emplaris, quod servatur in  
Bibliotheca nostra Lugduno-  
Batava, similiter adscripserat:  
*Melius convenit οὔτε λαβεῖν*  
ζητοῦμεν.

B



δ. Ἀπορῶ δὲ, πότερον ὑπολάβω μηδὲν μέλειν ὑμῖν τῶν κοινῶν πραγμάτων; ἢ Φροντίζειν μὲν αὐτῶν, εἰς τοῦτο δ' ἀναισθησίας ἔκειν, ὥστε λανθάνειν ὑμᾶς, εἰς ὅσην ταραχὴν ἡ πόλις ἡμῶν καθέστηκεν. Ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις, οἵτινες ἀπάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θράκης ἀπολωλεκότες, πλείω δ' ἢ χιλία τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀπαναλωκότες, πρὸς δὲ τοὺς Ἑλληνας διαβεβλημένοι, καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες· ἔτι δὲ τοὺς μὲν Θηβαίων Φίλους σώζειν ἠναγκασμένοι, τοὺς δὲ ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους ἀπολωλεκότες· ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δις ἤδη τεθύκαμεν, ῥαθυμότερον δὲ περὶ αὐτῶν

C A P. IV.

μέλειν] Ed. Med. Codd. Bav. apud Langium et LB. μέλλειν.

Καθέστηκεν] Καθίστηκεν vitiose Isingr.

Ἑμῖν — ὑμᾶς] Forte leg. ἡμῖν — ἡμᾶς suspicatur Coray.

Ἐοίκατε γὰρ οὕτω δ. ἄ.] Fortasse collocanda vel post κοινῶν πραγμ. vel post ἀναισθησίας ἔκειν Vid. Ann.

Ἀπαναλωκότες] Recepimus pro vulg ἀπανηλωκότες, praeeunte Corajo. Vid. Ann.

Ἐπὶ τοσαύταις πρ.] *Matrim* τοιαύταις inquit W. in Cast. et edidit. Sed vett. omnes Med. Ald. Isingr. Cod.

LB. Codd. Battiei, Bav. ap. Lang. τοσαύταις, quod iam Stephanus ediderat, postea servarunt Augerius, Langius, Corajus. Alter quidem nihil mutandum esse monet, cum τοσαῦτος, non solum significet *tot*, sed etiam *tantus*. Omnino multitudo calamitatum, quas Isocrates deplorat, suadere videtur, ut legatur τοσαύταις.

Τεθύκαμεν] Vitiose Med. Ald. al. τεθείκαμεν. Castigavit Wolfius, et confirmant Isingr. et Cod. Bav. ap. Langium.

Ῥαθυμότερον] ῥαθυμώτερον Cod. Coll. N. ap. Batt. Aldus et Isingr.



ἐκκλησιάζομεν τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόντων·  
 Καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν, καὶ πάσχομεν·  
 οὐδὲν γὰρ οἶόντε γίγνεσθαι κατὰ τρόπον τοῖς μὴ  
 καλῶς περὶ τῆς διοικήσεως ὄλης βεβουλευμένοις,  
 ἀλλ' ἔαν καὶ κατορθώσωσι περὶ τινος πράξεις, ἢ  
 διὰ τύχην, ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετὴν, μικρὸν διαλιπόν-  
 τες, πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἀπορίας κατέστησαν· Καὶ  
 ταῦτα γνοίη τις ἂν ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς γενομένων.

ε. Ἀπάσης γὰρ τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν  
 ὑποπεσοῦσης, καὶ μετὰ τὴν Κόνωνος ναυμαχίαν,  
 καὶ μετὰ τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν, οὐδένα χρόνον  
 τὰς εὐτυχίας κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως  
 διεσκαριφισάμεθα καὶ διελύσαμεν αὐτάς. Πολι-  
 τεῖαν γὰρ τὴν ὀρθῶς ἂν τοῖς πράγμασι χρησομένην,  
 οὔτ' ἔχομεν, οὔτε λαβεῖν ζητοῦμεν· Καίτοι  
 τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν καὶ παραγιγνομέ-  
 νας, καὶ παραμενούσας, οὐ τοῖς τείχη μέγιστα  
 καὶ

Περὶ τῆς διοικ. ὄλης] *Malim*  
 περὶ τῆς ὄλης διοικ. *aut*  
*reposito ante ὄλης articulo*  
 πῆς. W. in Cast.

C A P. V.

Καὶ μετὰ τὴν Κόν. ] *Malim*  
 μετὰ τε τὴν Κόν. Idem.

Ἄρθως ἂν] ὀρθῶς μὲν. Cod.  
 LB.

Ζητοῦμεν] E Cod. Bav,

Langius, e suo Corajus in  
 textum receperunt pro vulga-  
 ri αἰτοῦμεν. Habet etiam Cod.  
 LB. Jam Wolfius in Cast.  
 notaverat: *quid si ζητοῦμεν?*  
 et Tib. Hemsterh. margini ex-  
 emplaris, quod servatur in  
 Bibliotheca nostra Lugduno-  
 Batava, similiter adscripserat:  
*Melius convenit οὔτε λαβεῖν*  
*ζητοῦμεν.*

B





καὶ κάλλιστα περιβεβλημένοις, οὐδὲ τοῖς μετὰ πλείστων ἀνθρώπων εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἠθροισμένοις, ἀλλὰ τοῖς ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὐτῶν διοικοῦσιν. Ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἄλλο, ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν, ὅσην περ ἐν σώματι φρόνησις. Αὕτη γὰρ ἔστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἀπάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα. Ταύτη καὶ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς ῥήτορας, καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀναγκαῖόν ἐστιν ὁμοιοῦσθαι, καὶ πράττειν οὕτως ἑκάστους, οἷαν περ' ἂν αὐτὴν ἔχουσιν. Ἦς ἡμεῖς διεφθαρμένης οὐδὲν φροντίζομεν, οὐδὲ σκόποῦμεν ὅπως ἐπανορθώσομεν αὐτήν· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν δικαστηρίων, τῶν καθεστηκότων κατηγοροῦμεν, καὶ λέγομεν, ὡς οὐδέποτε ἐν δημοκρατίᾳ κάκιον ἐπολιτεύθημεν· ἐν δὲ τοῖς πράγμασι, καὶ ταῖς διανοαῖσι αἷς ἔχομεν, μᾶλλον αὐτὴν ἀγαπῶμεν,

Τὴν αὐτῶν] Male Ald. et Isingr. τὴν αὐτῶν.

Ἡ πολιτεία] Mavult Steph. ἢ ἡ πολιτεία. Vid. ejus Emendat. nonnullae post Diatr. VII. p. 31. f.

Τοσαύτην] Bav. ap. Lang. τοιαύτην.

Ὅσην περ] ὅσην LB.

Ἡ βουλευομένη] W. in Cast. restituit pro ἡ βουλ. et

habent vet. Edd.

etiam Lucas Act. XVII. 34. Hinc Latinum *Areopagitæ*. Cicero de Off. I, 22. Phil. V, 5. Balb. 12. item de Div. I, 25, ubi tamen Ed. Ern. habet *Ariopagita*: ad Div. XIII, 1. Quincilianus V, 9. Gellius XII, 7. Macrobius Saturn. VII, 1. Unde formatum adjectivum *Areopagiticus* habet Sidonius Apollinaris IX. Ep. 9. Ut videatur apud Graecos usurpatum fuisse Ἀρεοπαγιτικός, (quæ et Orationis Lysiacaë VI. inscriptio est, non autem Ἀρειοπαγιτικός) itidem ductum a nomine substantivo Ἀρεοπαγίτης. Quod, nisi praestet totam varietatem librariis tribuere, ex Linguæ analogia forte ita explicari potest, ut ortum dicas non e conjunctione adjectivi Ἀρειός cum nomine substantivo πάγος, h. e. *collis Martius*; sed ab Ἀρεός, Genitivo nominis Ἀρης, et πάγος, ut sit Ἀρεός πάγος *collis Martis*, contracte Ἀρεόπαγος, quemadmodum a Genitivo nominis Pelops ducitur Πελοπόννησος pro Πέλοπος νῆσος: ab Ἀρεόπαγος autem, etsi non videatur in usu fuisse, ducatur Ἀρεοπαγίτης. Accedit fortasse Latnorum, etsi non constans, consuetudo diphthongum ει in ι mutandi, ut si Graece nunquam aliter scriptum fuisset, quam Ἀρειόπαγος, Ἀρειοπαγίτης, illi potius scripturi fuisse videantur *Ariopagus*, *Ariopagita*, *Ariopagiticus*. Sed et hic libri variant. Certe cum Ἀρεοπαγιτικός in Inscriptione Isocratei operis, Grammaticorum, aliorum Scriptorum, Codicis unius. (et fortasse plurium, nam de ista varietate nemo, quod sciam eorum, qui eos contulerunt, quidquam annotavit), postremo

Edi-

conjunctos habemus in Editione, quæ itidem *Hanoviae* forma octava in lucem exiit anno 1619 et sic inscribitur: *Oratorum Graeciae præstantissimorum, Antiphontis, Andocidis et Isaei Orationes XXX. Interprete Alphonsio Miliato Bononiensi, nunc primum Graeco et Latino editae.* Eodem volumine alio titulo comprehenduntur *Orationes Politicæ Dinarchi, Lycurgi, Lesbouactis, Herodis, Demadis, Græcæ Latine nunc primum simul editae.* eodem loco ac tempore.

G





Editionum principum auctoritate nitatur; sic statuo, eam scribendi rationem non plane spernendam, sed ulteriore examine dignam esse. Maluimus tamen vulgo recepto Ἀρειοπαγίτικῆς suum locum relinquere.

Quaeritur insuper, qua de causa ita inscribatur Oratio. Nihil hac de re Veteres. Vulgo existimatur eam ita dictam esse, quod ab Isocrate in Areopago habita fuerit. Vid. Wolfii argumentum in fine, qui praeterea in Annotatione ait eam Latine dici posse *Senatoriam*, sive *Censoriam*, sive de *Corrigenda et Ordinanda Republica*. Potius simpliciter vertatur *Oratio Areopagitica*, vel et *Areopagiticus*. Aliter H. Stephanus in Diatribē Isocrateā III, qua agitur de diversis titulis seu inscriptionibus quarundam Orationum, p. 10, censet fieri etiam posse (suo quidem iudicio) ut a dignitate et praestantia nomen hoc consequuta sit: tanquam digna quae vel in medio Areopago haberetur. Oblocutus quoque est vulgari sententiae Auctor Gallicus *Vitarum veterum Oratorum Graecorum* (\*), T. I. p. 88, qui putat ita inscrip-

tam

(\*) Liber, anno 1752 Lutetiae Parisiorum, non addito auctoris nomine, forma octava editus, inscribitur: *Vies des Anciens Orateurs Grecs avec des Reflexions sur leur Eloquence, des Notices de leurs Ecrits, et des Traductions de quelques uns de leurs Discours*. Duos Operis Tomos possideo, quorum altero de Isocrate, altero de Dione Chrysostomo agitur. Utrum plures prodierint ignoro: certe consilium Operis hisce duabus tractationibus minime absolutum est. Prior autem ille complectitur primum *Vitam Isocratis*, deinde *Observationes de ejus Eloquentia*, tum *Dissertationem de Operibus ejus*, addita eorum Tabula Chronologica, porro *Disputationem de historia Athenarum ad illustrandas Orationes Isocratis in primis Panegyricam*, postremo *Interpretationem Gallicam nonnullarum orationum, Nicoclis, Panegyrici, Laudationis Euagorae, Amartyri adversus Euthyem*. Opus non indoctum, nec ineleganter scriptum, quod etiam post *Wolfium* in Ed. *Isocr. Fabricium* in Bibl. Graeca cum fructu legi potest.

et



tam esse hanc orationem ob magnificam Areopagi, quae in ea legitur, laudationem; neque enim, si eam habuisset Isocrates coram Areopago, eum de hujus, quae erat sua aetate, conditione, tanta fiducia et acerbitate dicturum fuisse, quantae v. gr. Cap. XV. apparent. Mihi quidem neque Stephani, neque hujus ratio placet: neque enim Areopagi laudes praecipuum argumentum operis faciunt. Sed ne vulgaris quidem sive Wolfii sententia stare potest, si quidem vere referat Pseudo-Plutarchus in Vita Isocr. p. 837, A: Isocratem tenui voce praeditum et in dicendo timidum, *unam tantum habuisse orationem de Permutatione* (cf. et p. 838, A.), sed schola instituta, Panegyricum et alias quasdam orationes generis deliberativi (τῶν συμβουλευτικῶν) partim ipsum qui scripserat recitavisse (nimirum in schola, coram paucis auditoribus, coll. p. 838, D.), partim aliis recitandas tradidisse. Hujus autem orationis mentionem cum Laudationis Helenae mentione conjunxit, nihil aliud dicens quam hoc p. 838, B: ἐποίησε δὲ καὶ εἰς Ἑλένην ἐγκώμιον καὶ Ἀρεοπαγιτικόν. Cur isti auctori fides denegetur causa nulla est, quandoquidem ejus testimonium ipse Isocrates comprobat in Exordio Panathenaeici. Ergo falsum est orationem hanc habuisse Isocratem, falsum etiam eam coram Areopagi Senatu habitam esse. Et tamen nulla satis probabilis ratio inscriptionis afferri potest, si ea non habita est in Areopago. Quamobrem ego quidem sic existimem, dictam eam esse Areopagiticam, quia fingebatur habita esse in Areopago, sive quod eodem redit, quia ab Isocrate ad Areopagitas missa est. Nihil, fateor, certi haec de re novimus: sed maxime probabilia sequimur. Neque, si ita statuas, quidquam

et multa continet, nisi vera, certe vero quam simillima, dignaque, quae diligentius perpendantur, maximo in ea parte ubi de Operibus Isocratis agitur.



quam valet, quod a Scriptore Gallico opponi vidimus, Isocratem audacius, quam par esset, Areopagitas reprehendisse. Aliud enim est dicere, aliud scribere. Quae dicere forte erubisset, commode scribere potuit: quae auribus forte ingrata fuissent, prudenti lectori displicere non poterant: neque Areopagi erat, aequissimi iudicii, in Isocratem vera praedicantem irā commoveri. Neque alia ratio videtur, ob quam Lysiae quoque illa Oratio Areopagitica dicatur, quam quod coram Areopagi Iudicibus habita fuerit, in primis cum causa esset ad religionem pertinens (continetur enim ea ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία, de sacrae olivae trunco, uti vertit interpretes Latinus), quales Areopagus dijudicare solebat. Vid. Harpocr. in ἐπιθέτους ἑορτάς. Parum autem refert utrum dicas de oratione aliqua eam esse esse habitam, an habitam fingi tantum,

Sequitur ut de Orationis ARGUMENTO ejusque TRACTANDI RATIONE dicamus. Qua de causa ad dicendum accesserit Orator, jam inde ab initio declaravit cum diceret sese περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ποιήσασθαι, quod, ut haud male Wolfius monuit, idem valet ac si Latine dicas, de eo dicere providendum esse ne quid respública detrimenti capiat, uti et docent sequentia. Quo autem consilio (ἦντινι γνώμην ἔχων), cum res Atheniensium satis prosperae viderentur, de eo providendum esse censeret, docent haec ex ultimo Capite: ἠγούμενος μὲν οὖν ἐγὼ, ἦν μιμησάμεθα τοὺς προγόνους, καὶ τῶν κακῶν ἡμᾶς τούτων (odio Graecorum, contemptu Barbarorum, paupertate caeteraque Capitibus duobus praecedentibus enumeraverat) ἀπαλλαγέσθαι, καὶ σωτήρας οὐ μόνον τῆς πόλεως ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀπάντων γενέσθαι, τὴν τε πρόσοδον ἐποιήσασθαι καὶ τοὺς λόγους εἶρηκα τούτους. Hoc ergo sibi scribit, ut ad majorum imitationem Athenienses adhortetur,



atque hoc consilio laudandam sibi sumsit eam reipubl. administrandae rationem, quae usi majores optime rem gesserant, et in qua sola civitatis salus posita erat. Docent id quae Cap. V. in f. et VI. leguntur: ὑπὲρ ἧς (πολιτείας ὑπὸ τῶν προγόνων καταλειφθείσης) ἐγὼ καὶ τὸν λόγον μέλλω ποιῆσαι καὶ τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην. Εὐρίσκω γὰρ ταύτην ἔν μόνῃ γενομένην, καὶ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀποτραπήν καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγὴν, ἣν ἐβελήσωμεν ἐκείνη τὴν δημοκρατίαν ἀναλαβεῖν, ἣν Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος γενόμενος ἐνομοθέτησε, Κλεισθένης δὲ, ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν καὶ τὸν δῆμον καταγαγὼν, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κατέστησεν. Illam ergo Reipubl. formam primum a Solone constitutam, deinde, sopita Pisistratidarum tyrannide, a Clisthene revocatam et magis magisque confirmatam, quae vero postea, in primis postquam Periclis et Ephialtae opera Areopagi auctoritas labefactata erat, quod ipse Isocrates significat Cap. XIX., a prudenti rerum omnium administratione, quae aequa ἀριστοκρατίας ac δημοκρατίας mixtura sive conjunctione efficiebatur, in intolerabilem plebis insipientis dominationem, bonorumque magistratuum inopia in omni generis turpissimam licentiam, εἰς ὀχλοκρατίαν καὶ ἀναρχίαν, ab altera vero parte in paucorum tyrannidem sive ὀλιγαρχίαν conversa fuerat (cf. Wolfius initio Annot.); illam, inquam, pristinam reip. formam in praesentis perversi et corrupti rerum status locum restituendam esse, summum est dicentis consilium, dicendorumque argumentum. In quo pertractando ita versatur ut utriusque Reip. formae virtutes, vitia, commoda, incommoda exponat. Summam omnium paucis verbis complexus est Photius l. c. Καὶ ὁ Ἀρεοπαγιτικὸς δὲ, inquit, τῶν συμβουλευτικῶν ἐστὶ, προτρέπων τοὺς Ἀθηναίους ἐπ' ἀρετὴν, ἐξ ἐπαίνου μὲν τῶν προγεγονότων, καταδρομῆς δὲ τῶν ἔτι τῷ βίῳ περιόντων. Majore ubertate et orationis elegantia Dionysius Halicarnassensis in Vita Isocratis p. 97.



insigni loco, quem plerique Editores argumenti loco Operi Isocrateo praefixerunt, nos huc referre maluimus, censentes Dionysium non adeo argumentum sibi conscribendum sum-  
 sisse, quam praestantiam operis ostendere voluisse, de hac oratione ita disserit: Τίς δὲ τὸν Ἀρεοπαγίτικὸν ἀναγνοῦς λόγον, οὐκ ἂν γένοιτο κοσμιώτερος; ἢ τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ῥήτορος; ὃς ἐτόλμησε διαλεχθῆναι περὶ πολιτείας Ἀθηναίους, ἀξιῶν μεταβέσθαι μὲν τὴν τότε καθεστῶσαν δημοκρατίαν, ὡς μεγάλα βλέπτουσαν τὴν πόλιν, ὑπὲρ ἧς (τῶν) δημαγωγῶν οὐβείς ἐπεχειρεῖ λέγειν· θεωρῶν εἰς τοσαύτην αὐτὴν προεληλυθυῖαν ἀκοσμίαν, ὥστε μηδὲ τοὺς ἄρχοντας ἔτι τῶν ἰδιωτῶν κρατεῖν, ἀλλ' ἕκαστον ὃ, τι καθ' ἡδονὴν αὐτῷ γίνοιτο, καὶ ποιοῦντα καὶ λέγοντα, καὶ τὴν ἄκαιρον παρῆσιν, δημοτικὴν ἐξουσίαν ὑπὸ πάντων νομιζομένην· ἀνασώσασθαι δὲ τὴν ὑπὸ Σόλωνός τε καὶ Κλεισθέλους κατασταβεῖσαν πολιτείαν· ἧς τὴν προαίρεσιν καὶ τὰ ἔθη (\*) διεξιῶν, δεινότερον μὲν ἠγεῖσθαι Φησι τοὺς τότε ἀνθρώπους τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντεπιεῖν, ἢ τὴν τάξιν λυεῖν· δημοκρατίαν δὲ αὐτοὺς νομίζειν οὐ τὴν ἀκολασίαν, ἀλλὰ τὴν σωφροσύνην· τὸ δὲ ἐλεύθερον οὐκ ἐν τῷ καταφρονεῖν τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ κελεύμενα ποιεῖν τίθεσθαι· ἐξουσίαν τε οὐβενὶ τῶν ἀκολάστων ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις ἀνατιθέναι τὰς ἀρχὰς, τοιούτους ἔσεσθαι τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνοντας οἷοίπερ ἂν ᾧσιν οἱ τὴν πόλιν διοικοῦντες· ἀντὶ δὲ τοῦ τὰς ἰδίας οὐσίας ἐκ τῶν δημοσίων ἐπανορθοῦν, τοὺς ἰδίους πλοῦτους εἰς τὰ κοινὰ καταχορηγῆσαι· χωρὶς δὲ τούτων, πλείω τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πατέρας τῶν υἱῶν ἀνδρῶν γενομένων, ἢ παιδῶν ἑντῶν ἐποιοῦντο·  
 ἐν-

(\*) Reiskius in Ed. Dionys. Hal. T. V. p. 550. dedit ἔθνη, quem in hoc loco referendo secutus est Corajus, quem Vid. in Ann. T. II. p. 102.



ἐνθυμουμένους, ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας (\*), ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης, μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ κοινόν· κρείττονά τε ὑπολαμβάνειν τὰ χρηστὰ ἐπιτηδεύματα τῆς ἀκριβοῦς νομοθεσίας, σκοποῦντας οὐχ ὅπως ταῖς τιμωρίαις τοὺς ἀμαρτάνοντας ἀνείρξουσιν, ἀλλ' ὡς μηδὲν ἄξιον ζημίας ἕκαστον ἐπιτηδεύειν (†)· καὶ τὴν μὲν πατρίδα δεῖν οἰομένους ἐν ἐξουσίᾳ διάγειν μεγάλη, τοῖς δ' ἰδιώταις μηδὲν ἐξεῖναι ποιεῖν ὅ, τι ἂν οἱ νόμοι κωλύωσι· καρτερεῖν δὲ τὰ δεινὰ, καὶ μὴ ἐκπλήττεσθαι ταῖς συμφοραῖς.

Haec ille. Nos panca adjungamus de *argumenti tractandi ratione*, sive de ea, quam *dispositionem* dicunt Rhetores.

De *Exordio*, quod Capp. V. prioribus continetur, verè utique judicavit Wolfius ad verba Cap. IV: καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν καὶ πάσχομεν, Annot. p. 480, 40: „Quia”, inquit, „apud Areopagitas, neque exordiis uti, neque movere affectus licebat, in hoc principio non magis nopere curantur praecepta exordiorum. Etsi enim loci benevolentiae et attentionis passim in eo sparguntur: reprehensione tamen magna ex parte constat. *Primum* recensetur inanis fiducia Atheniensium (C. I.). *Deinde* ostenditur, ut felices et potentes revera essent, fortunae tamen non esse fidendum, exemplis adductis (C. I, II, III.). *Tertio* loco negat eos esse fortunatos: ac potius in periculo constitutos re male gesta demonstrat (C. IV.). *Nunc quarto* loco αἰτιολογίαν subjicit calamitatum, eaque ratione commode ad *propositionem* accedit: corrigendam et ordinandam esse rempublicam, quod labefactata disciplina et

(\*) Langius in Isocratis Edit. p. 215. emendandum censet παιδείας. Cf. Annot. ad locum Isocr. Cap. XIV.

(†) Reiskius T. V. p. 683. emendat ἕκαστος ἐπιτηδύου· Augerius ἕκαστος ἐπιτηδύου. Vid. C orajus I c.



superiorum calamitatum causa fuerit: et nisi ea in integrum resituatur, majores impendeant (Cap. V, VI et VII.).<sup>2</sup> Exordium et propositionem excipit ipsius *argumenti* proprie ita dicta *pertractatio* constans comparatione *vetëris Reipubl. formae a Solone et Clisthene constitutae cum ea, quae ipsius aetate obtineret*; inde a Cap. VII—XXII. Primum de civitatis constitutione universe loquitur, C. VIII—X. Deinde ad singulas ejus partes, et vitae quotidianae consuetudinem transit, agitque cum de *cultu Deorum* C. XI. tum de *ditiorum pauperiorumque mutua necessitudine et concordia* Cap. XII., tum etiam, causam rei exponens C. XIII., de *liberorum institutione et honestatis cura Arcopagi Senatui mandata*, de cujus Senatus laudibus, sapientissimoque ejus instituendi majorum consilio, et ad honestam vitae rationem servandam, et ad scelera praevidenda et occupanda, et ad omne commodi genus civitati afferendum, deinceps usque ad C. XXII. ita disserit, ut Solonis rempublicam oculis quasi cernere tibi videaris.

De hac autem utriusque Reipubl. formae comparatione ante omnia hoc tenendum est, in ea ita versari Isocratem, ut in laudibus majorum reprehensio suae aetatis, in hujus reprehensione laus majorum cernatur; sive, ut aliis verbis utar, plerumque eam constare commemoratione vitiorum, quibus illa careret, praesens premeretur, et praedicandis virtutibus bonisque, quibus illa abundaret et excelleret, haec caret. Animadvertit hoc jam omnium interpretum primus, atque haud scio an princeps dicendus, Wolfius, Annot. p. 483, 10. ad initium Cap. VIII: *οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον κ. τ. λ.* „*Descriptio*”, inquit, „*veteris laudaeque reipubl. κατ' ἀφαιρέσειν καὶ θέσειν tractata.* Nec enim id tantum dicit, quid fecerint illi, idest *τὰ δέοντα*, quod nunc non fiat: sed etiam, quid non fecerint, idest, *τὰ γιγνόμενα*, quod nunc fiat.” Et passim in Commentario

hac



haec de re monuit ibid. vs. 26, 27. p. 484, 12. alibi. Conferantur etiam Photii verba modo laudata: in primis quae e Dionysio Hal. retulimus, quae si quis contulerit cum locis Isocrateis, quae ista scribens in animo habebat, videbit eum idem sensisse et illustrare voluisse. Nos quoque operam dabimus ut in praecipuorum locorum interpretatione idem ostendamus. Vid. Animadversiones nostrae ad Capp. VIII, XII, XVIII, XIX. Pertinet haec observatio non solum ad artificii rhetorici, quo ad evitandam reprehensionis acerbiteriam invidiamque depellendam orator usus est, intelligentiam, neque ad orationis tantum elegantiam pulchritudinemque sentiendam, ejusque consilium perspiciendum; sed etiam haud parum confert ad civitatis formam, mores, et vitae consuetudinem Atheniensium cognoscendam; cum quae Solonis eumque proxime secuta aetate fuerint; tum quantum de majorum virtute et severa disciplina desciverint, atque in ignaviam, gravissimarum rerum incuriam, luxuriam, morum corruptelam atque omni reprehensione dignam licentiam inciderint, et quousque jam Isocratis aetate prolapsi fuerint: quae vitia in causa fuisse amissae Graecorum libertatis, quae, fisis Atheniensium sociorumque copiis ad Chaeroneam a Philippo Macedone, Isocratis senectudine morte finem imposuit, non dubitandum est. Cf. Valckenarius in Orat. de Philippo Mac. p. 241 et 272, ibique annotationes.

Diximus de artificio rhetorico. Id in reliqua Orationis parte aequae ac in superiore elucet. Inde a Cap. XXIII—XXV. occurrit Isocrates reprehensionem adversariorum, qui objicere poterant eum operam inanem ludere, et periculum esse ne novarum rerum studiosus videretur. Non nova se sed vetera atque omnibus nota suadere dicit, indeque maxime suam sententiam apparere, quod in plerisque orationibus paucorum cupiditates reprehendisset, aequam populi

H

do-





dominationem, τὰς δημοκρατίας, laudasset, quas sciret, vetustum, cum non essent optime constitutae, tamen longe praestare ταῖς ὀλιγαρχίαις. Quod ut ostendat, atque odium, si quod forte sibi contraxisset, diluat, praesentis ab omnibus reprehensae reip. formae cum XXX Virorum tyrannide comparatae laudationem (quamquam sese a proposito averti sentiebat) suscipit, Capp. XXV—XXIX. Quod cum fecisset, eique denuo objici posset, cur tandem eam civitatis administrationem, quam modo tantopere laudavisset, abrogandam, aliamque ejus loco substituendam censeret: ita dicenti sic occurrit Cap. XXX. ut contendat Athenienses non satis sibi ducere debere si paulo meliores essent pessimis civibus, XXX tyrannis, sed graviter ferre quamdiu majoribus peiores essent. Inde ad pristinum argumentum redit, ac rursus incidit Cap. XXXII. in laudes fortitudinis et ingenii, quibus majores excelluerant, sed a quibus Cap. XXXIII. eorum posteri h. e. sui aequales turpiter degeneraverant, ita ut illae ipsis dedecori essent: quod dum agit se ipsum eorum numero non excludit, sed invidiae minuendae causa per κοίνωσιν prima persona utitur ἡμεῖς. Mox tamen isti vituperationi, ne propositum plane desereret, sine imposito, *perorandi* initium facit Cap. XXXIV; atque, utilis et noxii ratione inita, aggreditur brevem comparisonem sive potius ἀνακεφλαίωσιν praecipuorum commodorum, quae prudens reip. forma majorumque disciplina civitati olim attulerant, calamitatumque et periculorum, quorum praesens perversa rerum administratio et ignavia civium causae exstiterant: Capp. XXXV—XXXVIII. Postremo consilii, quo ad dicendum prodierat, brevi facta significatione, et re judicio Areopagitarum commissa, qui quod optimum civitati ipsis videretur eligerent, dicendi finem facit Cap. XXXIX.

Comparationes ejus generis, quod postremo loco diximus.



mus, apud Oratores non sunt infrequentes. Simili arte usus est Demosthenes Olynth. III. et *περὶ συντάξεως*, Ed. min. V. I. p. 38. et seqq. et 136. et sqq. Lycurgus adv. Leocratem p. 126. et sqq. contulit veterum temporum felicitatem, cum infelici et servill civitatis Atheniensis totiusque Graeciae conditione, quae pugnam Chaeronensem est consecuta. Quae loca cum argumento hujus orationis contulisse, operae pretium fuerit.

Superest tertio loco difficilior quaestio de TEMPORE, sive, quo aetatis anno eam Orationem scripserit Isocrates. Nihil hac de re veteres, pauca recentiores in medium attulerunt: ut ex ipso operis argumento aliisque indiciis responsio petenda sit. Non nisi Wolfius et, quem supra laudavimus, auctor Gallicus aliquid monuerunt. Ille Annot. p. 477, 50—478, 10. ad verba e Cap. I: *ὡν ὑπαρχόντων κ. τ. λ.* Ita disputavit ut appareat illum in ea versatum esse sententia, scriptorem hujus orationis secutam esse victoriam navalem Cononis, antecessisse bellum sociale et scriptam Orationem de Pace: „ Ex hac ”, Inquit, „ enumeratio ratione copiarum Atheniensis Reipubl. colligitur orationem hanc scriptam esse post navalem Cononis victoriam, qui patriae dignitatem pristinam restituit, quam filius ejus Timotheus, felicissimus imperator, et conservavit et amplificavit. Etsi autem in hac oratione mentio nulla sit Philippi: tamen urbium Thraciae amissionem [Vid. C. IV.] nullam ego quidem ullam novi, nisi eam, cum Olyntho expugnata, etiam caeterae in ejus potestatem ceciderunt. Nam Thraciae quidem reges, quorum prima Olynthiaca mentionem facit Demosthenes, *ἀκύρωσ ἄγαν πύλεις* vocarentur. Sed utrum et *χρονολογία* et *ιστορία* se habeant, cum videret Isocrates honestam disciplinam labefactari, et multa temere gen-



„ ex fiducia virium: mature monuit, occurrendum esse  
 „ his periculis, quae temeritatem consequi soleant: ut  
 „ vates potius, quam orator fuisse videatur. Nec enim  
 „ ita multo post, propter Atheniensium tyrannidem Chii  
 „ et Rhodii et Coi et Byzantii, aliique eorum socii, bel-  
 „ lum eis intulerunt, quod ὁ συμμαχικὸς πόλεμος dicitur:  
 „ de quo agit in oratione *περὶ εἰρήνης*.” Fluctuavit Wolf-  
 fuis, et in Annot. ad locum Cap. IV. de Thebanis aperte  
 fassus est temporum rationes sibi non satis perspectas  
 esse. Alter autem ille scriptor, quem diximus, annum  
 scriptae orationis accuratius definire tentavit. Censet Op.  
 l. p. 87. cum propter mentionem Lacedaemoniorum contra  
 Thebanos ab Atheniensibus auxilia petentium (Vid. Cap.  
 XXVIII.), tum epistolarum recens a Persiae Rege missa-  
 rum, in quibus Athenienses parum honorifice tractaverat  
 (C. XXXVII. in f.); ratione temporum habita, scriptio-  
 nem ejus ponendam esse in annum A. C. 368 (laudans ad  
 h. a. Usserium), Isocratis LXVIII. Eamque sententiam  
 secutus est in conficienda Tabula Chronologica Operum  
 ejus, p. 124. Ex mea quidem sententia seriora sunt hujus  
 libri tempora. Primum de eo nullum dubium est, quin  
 Cap. XXVIII. uti et III. mentio fiat temporum, quae  
 Leucetricam pugnam, quae fuit anno A. C. 371. proxime  
 consecuta sunt, ut suo loco videbimus. Sed de epistolis  
 Regis Persarum, quae Cap. XXXVII. memorantur, non  
 aequae expedita res est, et nescio an usquam apud histo-  
 ricos earundem, quas Isocrates significavit, mentio occur-  
 rat: nam saepius accidit ut literae ab illo in Graeciam per-  
 ferrentur. Verum nequaquam haec sunt unica indicia, quae  
 sequi in hac quaestione aut possimus, aut debeamus. Con-  
 tra plura alia adsunt. Mentio fit Cap. I. pacis, qua terra  
 marique Atheniensium civitas utebatur; classis ducentarum  
 amplius triremium, quam possidebant; sociorum multo-  
 rum



rum ad opem, ubi opus esset, ferendam paratissimorum, aliorum tributa pendentium. Cap. III. coll. XXXVII. renovati odii contemptusque Graecorum et inimicitiae cum Rege Persarum. Cap. IV. amissarum omnium Thraciae civitatum, frustra in conducticias copias consumptorum mille amplius talentorum, calumniarum quibus a Graecis petebantur Athenienses, belli adversus barbarum orti, auxiliorum Thebanorum amicis sive sociis praestitorum, propria culpa perditorum et amissorum suorum sociorum, denique sacrificiorum laeti nuncii, quae in tot tantisque rebus adversis celebrata fuerant. Praeterea Cap. XXIV. loquitur Isocrates de compluribus orationum a se habitarum, in quibus pravas paucorum imperantium cupiditates reprehendisset, aequam reipubl. popularis formam laudavisset. Similiterque Cap. XXXII. postquam superiori dixisset, Atheniensibus studendum esse non ut pessimis hominibus meliores essent, sed ne majoribus pejores, et cum his virtutis certamen illis ineundum esse, subjicit se haec non nunc primum, sed saepius jam, et in multorum conventu dixisse: *καὶ τοῦτον εἴρηκα τὸν λόγον οὐ νῦν πρῶτον ἀλλὰ πολλάκις ἤδη καὶ πρὸς πολλούς.* Quorum ratione habita sponte eo ducimur ut statuere debeamus, cum hanc orationem scriberet Isocrates, eum jam multas quin reliquarum plerasque edidisse: atque adeo non tantum post editum Penegyricum, cujus hoc praecipuum est argumentum ut majorum fortia facta suis ad imitationem proponat, ac de quo merito dicere poterat se dixisse *coram multis, πρὸς πολλούς*: scripta enim erat ista oratio ut in publico Graecorum conventu *πανηγύρει*, unde etiam nomen habet, recitaretur; ejus autem scriptae tempus ex Mori quidem sententia incidit in Olympiadem XCVII vel XCVIII, hoc est, intra annos A. C. 388 et 380: sed etiam post tempora belli socialis Atheniensium contra socios, quod fuit inde ab anno 358—356, et scrip-



caae Orationis de Pace, *περὶ εἰρήνης*, qua de hoc bello agitur, Idque in primis egit Isocrates ut injustas paucorum cupiditates increparet, temerariam rerum publicarum administrationem vituperaret, majorumque, qui tempore bellorum Persicorum vixerant, aequitatem et virtutem solas aemulatione dignas esse ostenderet. Vid. ibi p. 166, D. et alibi. Deinde si ad uberem illam, quam diximus, rerum gestarum enumerationem attenderis, nulla alia tempora intelligi posse opinor, quam quae in extremam Oratoris senectutem cadant. Nam quod Wolfius ait nullam aliam senesse urbium Thraciae amissionem, nisi eam, cum Olyntho expugnata, etiam caeterae in Philippi potestatem ceciderunt: id rectissime animadversum puto, ut loco laudato, sic in Annot. ad Cap. IV. ubi vid. et nostra animadversio. Quod vero propterea miratur nullam fieri Philippi mentionem, eam ab illo non animadversam revera fieri censemus, si modo eodem Cap. ὁ βαρβαρος non de Rege Persarum, sed de Philippo intelligatur, ut intelligi debere verosimillimum est. Quapropter minime possumus probare, quod addit, Isocratem vatem potius quam oratorem egisse, ut mox secutam sociorum defectionem sibi praevisam praedixerit. Nec enim ea, quae Cap. IV. leguntur, ita referuntur, ut ea aut fieri posse aut futura esse significetur, sed ea ratione ut manifesto appareat res jam ante aliquod tempus gestas referri, ob quas etiam laeti nuntii festa celebrata fuerint. Sed ut ad Thraciae civitates redeamus, Olynthus, ut postea videbimus, expugnata est anno A. C. 348, quo tempore Isocrates annum agebat octogesimum octavum. Natus enim est Orator, auctoribus Pseudo-Plutarcho p. 236, E. et Dionysio Hal. in Vita Isocr. p. 94, 1. Olymp. LXXXVI. quinto anno ante bellum Peloponnesium, h. e. anno A. C. 436. si belli istius initium ponas in annum 431. Intererea jam per aliquot annos contra Phocenses bellum sacrum.



gerebatur a Thebanis eorumque sociis primum solis, deinde duce et adjutore Philippo, qui altero postea anno 346 finem ei imposuit, cum gravi sacrilegorum damno. Quorum impiam causam cum Athenienses tutati essent, hinc odium Graecorum invidiamque sibi contraxerant, cum Philippo autem et hac et aliis de causis inimicitiam habuerant, bellumque adversus eum gesserant: quo pertinere videntur cum quae Cap. III. leguntur de odio Graecorum, tum verba e Cap. IV: *πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι, καὶ τῷ βασιβάρῳ πολέμιοι γεγενῆσθαι*, ut suo loco videbitur. Non autem usque ad finem belli duravit inimicitia cum Macedone. Metuens enim, ne diuturnitate belli pressi Thebani Atheniensium societatem peterent, Philippus illis auxilia, his pacem promisit, narrante Demosthene de Corona Tom. I pag. 247. Pacis conditiones accipiunt Athenienses. Ipso autem suasore Demosthene, mox Legati ad Regem mittuntur qui de foedere cum eo agant. In his Aeschines fuit, qui inde pacis auctorem arguit Demosthenem, adv. Ctesiph. p. 176. et seqq. Demosthene culpam in illum transferente pag. 241. et seqq. Philippo autem in Thracia commorante, ibique omnia sibi subjiciente, Legati per tres menses otiosi in Macedonia consistunt. Subito ille e Thracia per Thermopylas in Phocidem transit, bellumque conficit eversis Phocensium urbibus. Huc referam pacis mentionem Cap. I. Nec opinatus vero de Philippo adventante nuncius, Atheniensibus, etsi pace ab eo accepta, tantum terrorem injecit, ut, ac si infesto animo Macedo adventaret, omnia ex agris in urbem comportanda esse decernerent, referentibus itidem Demosthene pag. 254. Aeschine p. 185. quo fortasse Isocrates respexit Cap. XX. Apparet certe, quamvis pacis tempore, atramen minime prosperas, sed potius lubricas atque in periculo constitutas fuisse civitatis res: quod discrete Isocrates significat Cap. I.

Nam



Nam dum a Philippo decipiebantur, ad hunc compositi belli gratia, ad illos odium invidiaque pervenerunt. Cf. iterum Demosth. l. c. et passim alibi. Hisce autem temporum indiciis animadversis, cum et reliqua, quae Isocrates refert, de Thebanorum sociis servatis, suis amissis, aut non multo post, aut paulo antea accidisse videantur, de quo suo loco videbimus, spero nos non plane a vero aberraturos esse, si statuamus hoc fere tempore, idest XC circiter Oratoris anno, hanc ab eo missam esse Orationem ad Areopagi Senatum, qui de periculoso rerum statu deliberaret, quodque optimum factu et civitati utilissimum videretur, audita, sive potius lecta ejus sententia, decerneret. Ἰσοκράτης δὲ, inquit in fine, ταῦτα πάντα λογισάμενοι, χειροτονεῖτε, ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῆ μάλιστα συμφέρειν τῇ πόλει.

Nolim nimium huic conjecturae tribuere. Attamen aliunde patere videtur ad extremam Isocratis senectutem hoc opus referendum esse, quippe quod scriptum videatur demum post habitam Orationem de Permutatione, *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, quam ad annum aetatis ejus octogesimum secundum refert Pseudo-Plutarchus pag. 837, F. Cum autem orationem dico *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, non eam intelligo quae in omnibus Operum Isocratis editionibus fertur, sed eam, quam ingenti lacuna suppleta cum sua animadversione edidit Orellius; de quo in Praefatione dictum est. In ista enim recens inventa hujus libri parte complura sunt quae Areopagitico mirificam lucem affundant, partim distinctius quam in hac fit relata, partim uberius declarata, partim, qui Atheniensium depravati mores obiter tantum in hac perstringuntur, eos ita increpantia ut manifestum sit, cum illam haberet Isocrates, turpissima vitia in civitate locum habuisse, et in omni vitae genere licentiam, quaecunque vellet quis faciendi, obtinuisse. Vid. Annot. ad Capp. VI, XVIII.



XVIII, XXVII. Quae si jam tum ita fuerint, quis miretur octo post annis novâ ea reprehensione digna censuisse Oratorem atque in hac oratione Areopagitica dedita opera sibi vituperanda sumsisse? Ne autem quis dicat, ea ex hac in illam postea fuisse translata, uti multa alia ex antea editis scriptis, nos quidem id facile concederemus. si in illa *περὶ ἀντιδόσεως*, usquam Areopagitici mentionem factam videremus, quemadmodum diserte memorantur Panegyricus, Oratio de Pace, Oratio ad Nicoclem, Libellus contra Sophistas, caet. e quibus integrae *ῥήσεις* caeque longiores fere verbotenus transcriptae referuntur. Vid. Ed. Steph. p. 321, C. — 332, D. 333, B. — 342, B. 342, C. — 343, C. Orell. p. 53—58, et. 95—97. Areopagiticus vero tantum abest ut usquam memoretur, ut contra, quae ejus locis quibusdam simillima sunt, ea ita dicantur, ut non ex priore opere translata, sed tum primum a scriptore dicta videantur. Quod si autem jam tunc scriptus erat Areopagiticus, quid tandem causae esse poterat cur hanc tantae praestantiae orationem, quae civilis prudentiae laudem adeo sibi vindicaret, ne semel quidem nominatim memoraret Isocrates, neque quae in eâ sapientissime coram Areopagi Judicibus disputaverat, itidem aut nulla aut levi mutatione ex ea referret? Nihil profecto magis ab Isocratis ingenio et consilio illius, qua se ab adversariorum calumniis liberare studebat, orationis abhorrere videtur, quam istud de suo opere silentium. Contra si aliquot annis post illam compositus censeatur Areopagiticus, haud postremum locum illa tenebit inter *πλείστους* illos *λόγους* suos quos Capp. XXIV et XXXII. memorat. Ne dicam de argumento ejusque tractandi modo univeree ita comparatis ut quo proveciore aetate scripserit Isocrates, eo seni venerabili et sapientiae laude clarissimo digniora videantur. Ac ne quis de tanta senectute sollicitus sit, novimus postea duplo minimum longo.





Nam dum a Philippo decipiebantur, ad hunc compositi belli gratia, ad illos jodium invidiaque pervenerunt. Cf. iterum Demosth. l. c. et passim alibi. Hisce autem temporum indiciis animadversis, cum et reliqua, quae Isocrates refert, de Thebanorum sociis servatis, suis amissis, aut non multo post, aut paulo antea accidisse videantur, de quo suo loco videbimus, spero nos non plane a vero aberraturos esse, si statuamus hoc fere tempore, idest XC circiter Oratoris anno, hanc ab eo missam esse Orationem ad Areopagi Senatum, qui de periculoso rerum statu deliberaret, quidque optimum factu et civitati utilissimum videretur, audita, sive potius lecta ejus sententia, decerneret. *Τρεῖς δὲ, inquit in fine, ταῦτα πάντα λογισάμενοι, χειροτονεῖτε, ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῆ μάλιστα συμφέρειν τῇ πόλει.*

Nolim nimium huic conjecturae tribuere. Attamen aliunde patere videtur ad extremam Isocratis senectutem hoc opus referendum esse, quippe quod scriptum videatur demum post habitam Orationem de Permutatione, *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, quam ad annum aetatis ejus octogesimum secundum refert Pseudo-Plutarchus pag. 837, F. Cum autem orationem dico *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, non eam intelligo quae in omnibus Operum Isocratis editionibus fertur, sed eam, quam ingenti lacuna suppleta cum sua animadversione edidit Orellius; de quo in Praefatione dictum est. In ista enim recens inventa hujus libri parte complura sunt quae Areopagitico mirificam lucem affundant, partim distinctius quam in hac sit relata, partim uberius declarata, partim, qui Atheniensium depravati mores obiter tantum in hac perstringuntur, eos ita increpantia ut manifestum sit, cum illam haberet Isocrates, turpissima vitia in civitate locum habuisse, et in omni vitae genere licentiam, quaecunque vellet quis faciendi, obtinuisse. Vid. Annot. ad Capp. VI, XVIII.



XVIII, XXVII. Quae si jam tum ita fuerint, quis miretur octo post annis novâ ea reprehensione digna censuisse Oratorem atque in hac oratione Areopagitica dedita opera sibi vituperanda sumsisse? Ne autem quis dicat, ea ex hac in illam postea fuisse translata, uti multa alia ex antea editis scriptis, nos quidem id facile concederemus si in illa *περὶ ἀντιδόσεως*, usquam Areopagitici mentionem factam videremus, quemadmodum diserte memorantur Panegyricus, Oratio de Pace, Oratio ad Nicoclem, Libellus contra Sophistas, caet. e quibus integrae *ῥήσεις* caeque longiores fere verbotenus transcriptae referuntur. Vid. Ed. Steph. p. 321, C. — 332, D. 333, B. — 342, B. 342, C. — 343, C. Orell. p. 53 — 58 et 95 — 97. Areopagiticus vero tantum abest ut usquam memoretur, ut contra, quae ejus locis quibusdam simillima sunt, ea ita dicantur, ut non ex priore opere translata, sed tum primum a scriptore dicta videantur. Quod si autem jam tunc scriptus erat Areopagiticus, quid tandem causae esse poterat cur hanc tantae praestantiae orationem, quae civilis prudentiae laudem adeo sibi vindicaret, ne semel quidem nominatim memoraret Isocrates, neque quae in eâ sapientissime coram Areopagi Judicibus disputaverat, itidem aut nulla aut levi mutatione ex ea referret? Nihil profecto magis ab Isocratis ingenio et consilio illius, qua se ab adversariorum calumniis liberare studebat, orationis abhorrere videtur, quam istud de suo opere silentium. Contra si aliquot annis post illam compositus censeatur Areopagiticus, haud postremum locum illa tenebit inter *πλείστους* illos *λόγους* suos quos Capp. XXIV et XXXII. memorat. Ne dicam de argumento ejusque tractandi modo universe ita comparatis ut quo proveciore aetate scripserit Isocrates, eo seni venerabili et sapientiae laude clarissimo digniora videantur. Ac ne quis de tanta senectute sollicitus sit, novimus postea duplo minimum longiora



giorem orationem Panathenaicam ab eo conscriptam esse, quam nonagesimo quarto aetatis anno sese scribere aggressum esse, absolvisse nonagesimo septimo ipse fatetur pag. 233, B. et 289, C. Ut merito dixerit Cicero de Senect. 5: *Est etiam quiete et pure et eleganter actae aetatis placida et lenis senectus. Qualem accepimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est. Qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea.* Quo loco a Cicerone positum esse scripsisse se dicit, quod et in uno Cod. Palatino repertum fuit, comparato Isocrate p. 288, E. existimat Valckenaerius in Diatr. Euripidea, C. XXIII. p. 255, A.

Atque haec de Oratione universe dicta sufficient: quae ad rectiorem singulorum intelligentiam ut aliquid collaturae sint, spero. Sequatur jam ipsa Annotatio ad singula deinceps Capita.



# ΑΝΝΟΤΑΤΙΟ

Α Δ

## Σ Α Ρ. Ι.

**Π**ολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν, ἥντινὰ ποτε γνώμην ἔχων, περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποιεσάμην. Quae hoc et sequenti Cap. usque ad verba ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰδισμένως μεταπίπτειν continentur, omnia in exemplum συνθέσεως γλαφυρᾶς καὶ ἀνθηρᾶς retulit Dionysius Halicarn. περὶ συνθ. ὄνομ. p. 27. l. 7—24. suo ipsius iudicio subjecto l. 24—40. Notetur indicativus ἐποιεσάμην, cuius loco Latinitas postulat subiectivum: *Multos ego vestrum mirari puto, quo tandem consilio huc accesserim.* Sic saepe Graeci indicativo utuntur, cuius generis multa notavit Matthiae Gramm. Gr. §. 507. Similis constructio est ap. Antiphonem Or. I. p. 16: θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἥντινὰ ποτε γνώμην ἔχων ἀντίδικος καθέστηκε πρὸς ἐμέ. Xenoph. Mem. Socr. I, 1, 1: ἐθαύμασα τίσι δήποτε λόγοις—ἐπεισαν. Cf. et initium Prooemii Theophrastei in Charact. Mor. Solent nonnumquam Oratores in orationis principio auditorum admirationi occurrere. Sic noster Orationem ad Philippum ita incipit: Μὴ θαυμάσης ὦ Φίλιππε, δίδτι τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν ἀρχὴν κ. τ. λ. Archidamus hoc modo exorditur: Ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν, ὅτι κ. τ. λ. — Ἦντινα γνώμην ἔχων, quo consilio, quid mihi in mentem venerit, quae sit consilii mei ratio, quae res me moverit, ut caet. ut recte cepit Wolfius. Consilium autem Oratoris quale fuerit supra vidimus in Introd. pag. 52. et

I α

seq.



seq. Verba igitur *περὶ σωτηρίας*, scil. *τῆς πόλεως*, *de tuenda civitatis salute*, quod et per se facile intelligitur, non ad haec sed ad sequentia *τὴν πρόσοδον ἐποιήσάμην* pertinent. — Vocabulum *πρόσοδον* Budaeus Comm. L. Gr. Ed. Paris. ap. Rob. Steph. 1548. pag. 125. minus recte ait significare *conventum* et *concilium*, quasi *σύνοδον*, *πανήγυριν*, allatis locis Isocrateis; quam interpretationem probavit H. Stephanus in Thes. L. Gr. et expressit Wolfius vertens: *multos ego vestrum mirari puto, quidnam in mentem mihi veniat, ut indicto concilio providendum esse monent ne quid Respubl. detrimenti capiat*. Rectius idem in Annot. explicuit *surgere* vel *prodire ad dicendam sententiam*: vertitque in fine Orat. verba *τὴν τε πρόσοδον ἐποιήσάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους*, *ea de causa et huc accessi et hanc orationem habui*. Est enim *πρόσοδος* *aditus ad senatum*, vel *ad populum*, h. l. ad Areopagitas, uti optime docuit Valesius Emendatt. IV, 9. vindicavitque Doricam formam *πρόσοδον* in Psephismate Byzantium apud Demosth. pro Cor. p. 256, R. Ed. Min. V. I. p. 273. eoque sensu legitur in Fragmento Dionis Cassii p. 922, D. Ed. Leuncl. *Πρόσοδον* autem *ποιεῖσθαι* nihil aliud est quam *προσιέναι*, quod frequentius dicitur *παριέναι*, *παρέρχεσθαι*, *de oratore* in concionem populi vel apud iudices *prodeunte ad verba facienda*. Cujusmodi periphrases infinitivi *ποιεῖσθαι* cum substantivo frequentissimae sunt apud Graecos. Sic Cap. V. *τὸν λόγον ποιεῖσθαι*, et XXIV. *τοὺς λόγους ποιεῖσθαι* simpliciter denotat *λέγειν αἰcere*, uti Latine dicitur *verba facere*. Similiter *ὄργην ποιήσάμενος* pro *ὄργισθεῖν* dixit Herodotus III, 25, ubi vid. Valckenaerius: idem VIII, 10. *ἀπόπειραν αὐτέων ποιήσασθαι* pro *ἀποπειρᾶσθαι αὐτέων*, ubi notavit Wesselingius. Quin ipsum *πρόσοδον ποιεῖσθαι* exstat apud eum VII, 223: *Ξέρξης δὲ ἐς ἀγορῆς καὶ μάλιστὰ πληθῶντι πρόσοδον ἐποιέετο*, pro quo mox dicitur:



ἢ τε δὴ βάρβαροι οἱ ἀμφὶ Ξέρξεα προσήϊσαν; eademque ratione sequitur: καὶ οἱ ἀμφὶ Λεωνίδην Ἕλληνες, ὡς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἔξοδον ποιεῦμενοι, i. e. ἐξίοντες. Plura collegit Matthiae Gramm. Gr. §. 413. Obs. 5. Aliud vero est C. V. τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην, quod monentibus Wolfio et Budaeo l. c. p. 585. recte vertitur *denunciavi me accessurum esse*, illustraturque animadversione Coraji ad C. I. etsi et hic minus recte alterum τὴν πρ. ποιῆσθαι cum eo conferat: εἴη δ' ἂν τοῦτο, inquit, ἡμέραν τάσσειν, ἐν ἧ τῶν ῥητόρων ἕκαστος, πολλῶν ὄντων, διαλεχθήσεσθαι ἔμελλε πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον.

Ἄλλ' οὐ πλείους μὲν τριήρεις ἢ διακοσίας κεκτημένης εἰρήνην δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν ἀγούσης, καὶ τῶν κατὰ βάλατταν ἀρχούσης. Pacem intelligi tempore belli Phocensis a Philippo Macedone Atheniensibus oblatam ab iisque acceptam, nec non eam quae bellum istud proxime consecuta est, supra in Introductione ex variis indicis efficere studuimus. Quibus et nunc addantur, quae de civitatis potentia navali hoc loco refert Isocrates, quaeque eo tempore sic fere sese habuisse videntur. Etenim paulo ante pugnam Chaeronensem, quod tempus haud ita longe inde abfuit, classem ducentarum navium in mare deducendam esse decreto sancivit Senatus Populusque Atheniensis, auctore Demosthene, qui rem narrat de Corona T. I. p. 308, ipsumque decretum a se conditum offert. Hinc patet, qua ratione dici possint maris imperium tenuisse. De numero triremium, trecentas plerumque eos habuisse, docuit Meursius de Fortuna Athenarum, C. VII. ubi et plura de militia terrestri redditibusque civitatis collegit. Vid. et Lect. Att. I, 1. p. 7 et 8. Quantum rei navalis peritiae, opibus, ac potentia reliquis Graecis praestiterint Athenienses, restatur Archidamus Lacedaemonius apud Thucydidem I, 80, eos vocans ἄνδρας, οἱ γῆν τε



ἔκαστος ἔχουσι, καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοι εἰσὶ,  
καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται. πλούτῳ τε  
ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὄχλῳ, ὅσος  
οὐκ ἐν ἄλλῳ ἐνὶ γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστίν· ἔτι δὲ καὶ ξυμ-  
μάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι. — Ceterum notis-  
sima dictio est εἰρήνην ἄγειν, proprie *pacem agere*, i. e. *in*  
*pace degere, vivere, pace frui*, frequens et apud alios et  
apud Isocratem, infra C. XX. in Paneg. p. 77, A. Cf. Stui-  
teri Lectt. Andoc. p. 209. In Or. de Pace peculiariter  
denotat *pacem conservare, constantem paci studere* p. 164,  
B: ἡγοῦμαι δὲ δεῖν ἡμᾶς οὐ μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρήνην  
ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ βουλευσαμένους ὅπως  
ἄξωμεν αὐτήν, καὶ μὴ ποιήσωμεν ὅπερ εἰώθαμεν, ὀλίγον  
χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς καταστησώμεθα  
ταραχὰς, μηδ' ἀναβολὴν ἄλλ' ἀπαλλαγὴν εὐρήσωμέν τινα  
τῶν κακῶν τῶν παρόντων. In Orat. vero de Permut. ubi  
eadem repetuntur, p. 333, C. pro ἄξωμεν legitur ἔξομεν  
quod cum ἄξομεν commutari voluit H. Royaards in Diatribe  
de Emendandis plurimis Vett. Script. Graecorum locis, Traj.  
1775, p. 55. Ibidem pro reliquis conjunctivis indicativi ex-  
stant ποιήσομεν, καταστησώμεθα, εὐρήσομεν. Fortasse rectius.

Ἐτοίμως — βοηθήσοντας. Est haec omnino vera lectio,  
non ἐτοίμως, quod, ut recte monet Wolfius in Castig.  
postularet infinitivum βοηθήσειν, βοηθεῖν, βοηθήσαι. Sic in  
Or. de Pace p. 186, D: πολλοὺς ἔξομεν τοὺς ἐτοίμως συν-  
αγωνιζομένους ἡμῖν, quem locum respicere videtur in Or.  
de Permutat. p. 341, A: ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔξομεν τοὺς  
ἐτοίμως καὶ προθύμως συναγωνιζομένους ἡμῖν. Unde recte  
nostro loco ἐτοίμως probat Royaards in Diatr. laud. p. 61.  
Neque statui potest ἐτοίμως positum esse pro ἐτοίμως,  
adjectivum pro adverbio. Videtur quidem ἀσμένους sic  
positum esse pro ἀσμένως, apud Thucyd. VII, 73, 84.  
sed horum locorum alia ratio est.

Τὰς



· Τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας. Solennis dictis συντάξεις ὑποτελεῖν, *tributa pendere*, occurrit et de Pace p. 166., D. Idem est συντάξεις δίδναι ibid. p. 165, A. Συντάξεις autem Atticos per euphemismum dixisse pro Φόρους, quae vox occurrit in Laud. Hel. p. 213, C. et cum illa conjungitur in Panath. p. 256, E. notissimum est. Cf. Harpocr. in voce. Egregia hac de re habet Corajus, omissō tamen insigni Plutarchi loco in Solone pag. 86, C: ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσιν τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρυστοῖς καὶ Φιλανθρώποις ἐπικαλύπτουτας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρναις ἐταίρας τοὺς δὲ Φόρους συντάξεις. Φυλακὰς δὲ τὰς Φρουρὰς τῶν πύλων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας, πρῶτον Σβλωνος ἦν (ὡς ἔοικε) σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπήν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος.

## C A P. I I.

· Αἴτιον δὲ τούτων ἐστὶν, κ. τ. λ. Tib. Hemsterhusius in marg. Isocratis, qui in Bibliotheca Academiae nostrae servatur, haec notavit: „ Theopompus ἐν τῇ ἐνδεκάτῃ τῶν „ περὶ Φιλίππου haec Isocratea de verbo ad verbum trans- „ scripsit. Porphyrius ap. Eusebium Praep. Evang. X. „ p. 464, C.”

· Οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὐτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις. *Nihil ipsum per se accidit, adest hominibus.* Sensus est: nullum est bonum quod solum et sejunctum ab omni malo hominibus adsit: nullum contra malum quod sejunctum a bono existat. Similis sententia est in Archidamo p. 126, B: οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν. De dictione αὐτὸ καθ' αὐτὸ, *solum, non cum aliis rebus commissum*, vid. Hoogeveenius ad Vigerum de Idiot. IV, 7. p. 170. Sic apud Platonem in Phaedone p. 14. Ed. Wyttenb.





ἐκὰς ἔχουσι, καὶ προσέτι ἑλλάσσης ἐμπειρότατοι εἰσὶ,  
καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλοῦτη τε  
δαίη καὶ δυνατεία, καὶ νηυσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὄχλῳ, ὅσος  
οὐκ ἐν ἄλλῳ ἐνὶ γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστίν· ἔτι δὲ καὶ ξυμ-  
μάχους πολλοὺς φόρον ὑποτελεῖς ἔχουσιν. — Ceterum notis-  
sima aucto est εἰρήνην ἄγειν, proprie *pacem agere*, i. e. *in*  
*pace degere, vivere, pace frui*, frequens et apud alios et  
apud Isocratem, infra C. XX. in Paneg. p. 77, A. Cf. Stui-  
veri Lectt. Andoc. p. 209. In Or. de Pace peculiariter  
denotat *pacem conservare, constanti paci studere* p. 164.  
B: ἡγεῖμαι δὲ δεῖν ἡμᾶς οὐ μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρήνην  
ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ βουλευσαμένους ὅπως  
ἄξομεν αὐτὴν, καὶ μὴ ποιήσομεν ὅπερ εἰδήσαμεν, ὀλίγον  
χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς κατασθησόμεθα  
παρὰ τῆς, μὴδ' ἀναβολὴν ἕλλ' ἀπαλλαγὴν εὐρήσομεν τινὰ  
τῶν κακῶν τῶν παρόντων. In Orat. vero de Permut. ubi  
eodem repetuntur, p. 333, C. pro ἄξομεν legitur ἐξομεν  
quod cum ἄξομεν commutari voluit H. Rozaards in Diatribe  
de Emendandis plurimis Vett. Script. Graecorum locis, Traj.  
1775, p. 55. Ibidem pro reliquis conjunctivis indicativi ex-  
πασι ποιήσομεν, κατασθησόμεθα, εὐρήσομεν. Fortasse rectius,  
Ἐτείμως — βοηθήσοντας. Est haec omnino vera lectio,  
non εἰτείμως, quod, ut recte monet Wolfius in Castig.  
postularet infinitivum βοηθήσειν, βοηθεῖν, βοηθήσει. Sic in  
Or. de Pace p. 186, D: πολλοὺς ἐξομεν τοὺς εἰτείμως συν-  
αγωνιζομένους ἡμῖν, quem locum respicere videtur in Or.  
de Permutat. p. 341, A: ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἐξομεν τοὺς  
εἰτείμως καὶ προθύμως συναγωνιζομένους ἡμῖν. Unde recte  
nostro loco εἰτείμως probat Rozaards in Diatr. laud. p. 61.  
Neque statim potest εἰτείμως positum esse pro εἰτείμως,  
adjectivum pro adverbio. Videtur quidem ἀσμένους sic  
positum esse pro ἀσμένως, apud Thucyd. VII, 73, 84.  
sed horum locorum alia ratio est.



· Τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας. Solennis dictis συντάξεις ὑποτελεῖν, *tributa pendere*, occurrit et de Pace p. 166., D. Idem est συντάξεις δίδοναι *ibid.* p. 165, A. Συντάξεις autem Atticos per euphemismum dixisse pro φόρους, quae vox occurrit in Laud. Hel. p. 213, C. et cum illa conjungitur in Panath. p. 256, E. notissimum est. Cf. Harpocr. in voce. Egregia hac de re habet Corajus, omissa tamen insigni Plutarchi loco in Solone pag. 86, C: ἀ δ' οὗ οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσιν τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερεῖας ὀνόμασι χρυστοῖς καὶ Φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀστεῖως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρναις ἐταίρας, τοὺς δὲ φόρους συντάξεις, Φυλακὰς δὲ τὰς Φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσποτήριον καλοῦντας, πρῶτον Σβλωνος ἦν (ὡς ἔοικε) σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος.

C A P. I I.

· Αἴτιον δὲ τούτων ἐστίν, κ. τ. λ. Tib. Hemsterhusius in marg. Isocratis, qui in Bibliotheca Academiae nostrae servatur, haec notavit: „ Theopompus ἐν τῇ ἐνδεκάτῃ τῶν „ περὶ Φιλίππου haec Isocratea de verbo ad verbum trans- „ scripsit. Porphyrius ap. Eusebium Praep. Euang. X „ p. 464, C.”

· Οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὐτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις. *Nihil ipsum per se accidit, adest hominibus.* Sensus est: nullum est bonum quod solum et sejunctum ab omni malo hominibus adsit: nullum contra malum quod sejunctum a bono existat. Similis sententia est in Archidamo p. 126, B: οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτέμωσ οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν. De dictione αὐτὸ καθ' αὐτὸ, *solum, non cum aliis rebus commissum*, vid. Hoogeveenius ad Vigerum de Idiot. IV, 7. p. 170. Sic apud Platonem in Phaedone p. 14. Ed. Wyttenb.



tenb. illud dicitur esse mori χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὴν αὐτὸ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, *seorsim ab animo liberatum solum esse corpus.* Plutarch. in Cicer. p. 882, E: αὐτὸς καὶ ἑαυτὸν ἐξέπλευσε *solus navigavit.* Vid. et Xenoph. Mem. S. III, 5. §. 4. et II. 14. §. 2.

Ἄλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ — μετριότης. Duo priora vocabula sejungenda videntur a reliquis, ut ex antecedentibus subintelligatur τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ. *Coniuncta sunt bona cum malis.* Ita constat oppositio antecedentium οὐδὲν αὐτὸ καὶ αὐτό. Jam quae universe de omni bonarum ac malorum genere dicta erant, exemplo illustrat: καὶ συνακολουθεῖ κ. τ. λ. Et sic verbi causa, ut rem distinctius exponam: καὶ h. l. explicandi vim habet: συνακολουθεῖ κ. τ. λ. consequuntur divitias et potentias insania et postea insolentia, indigentiam vero et humilitatem temperantia et moderatio. Notanda est oppositio verborum πλούτοι — ἔνδεια, δυναστεῖαι — ταπεινότητες, ἄνοια — σωφροσύνη. ἀκολασία — μετριότης, *divitiae — paupertas, imperia — humilitas*, i. e. eorum conditio qui aliis subjecti sunt, *amentia — prudentia, insolentia — modestatio.* De divitiarum damno vid. et ad Demon. p. 3, B. et comparetur elegans locus Luciani in Timone T. I. p. 141: ἔπι Πλούτος δὲ εἶπε δὲ τίς ἀναπετάσας τὴν βύραν εἰσδέχεται με, συμπαρεῖσέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τύφος καὶ ἡ ἄνοια quem laudat Willetus ad Galeni Protrept. p. 80. De moderatione cum inopia conjuncta ad Nicocl. p. 21, B: αἱ γὰρ μετριότητες, inquit, μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν Ne forte quem offendat τῆ ἄνοια h. l. opp. πρὸς τὴν σωφροσύνην cum haec soleat significare *temperantiam*, sciat, si etymologiam spectes, recte alteram alteri opponi: est enim ἄνοια *absentia mentis*, σωφροσύνη *sanitas mentis*, ex σόος *salvus* et φρήν *mens*. Similiter ap. Xenoph. Mem. S. I, 3, 9, opponuntur οἱ σωφρο-



Φρονικοὶ τοῖς ἀνοήτοις ex emendatione Schutzil, qui in Append. Obs. p. 185. recte monet σωφρονικὸν proprie denotare *hominem sanae mentis*, ἀνύητον *insanum* ac *dementem*. Eadem oppositionis ratio esse videtur in loco Isocratis de Pace p. 176, A: τοσοῦτον δὲ διήνεγκαν ἀνοίαν πάντων ἀνθρώπων, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλοις αἰ συμφοραῖ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσι σωφρονεστέρους, ἐκεῖνοι δ' οὐδ' ὑπὸ τούτων ἐπαιδεύθησαν. Similiter certe Socrates ap. Xenoph. Mem. I, 1, 16. σωφροσύνην opponit μανίαν, ad quem locum Schneiderus similem Platonis affert ex Alcib. II: τὸ μαινέσθαι ἕρα ὑπεναντίον σοι δοκεῖ τῇ σωφροσύνῃ. Isocrates τοὺς ἀνοήτους τοῖς Φρονιμοῖς opposuit in Nicocl. p. 28, A: τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς Φρονιμωτέροις et τὴν ἔνοιαν τῇ διανοίᾳ ad Nicocl. p. 17, D: et Panath. p. 280, D. Aliter, et, si usum loquendi spectes, accuratius fortasse Aristot. Rhet. I, 9, 12. σωφροσύνην opponit ἀκολασίαν, et II, 23, 2. τὸ σωφρονεῖν τῷ ἀκολάστειν. Nostro autem loco ἀκολασία cum ἀνοίᾳ ita conjungitur, ut ex hac illam oriri significetur. Hinc ἔνοια non ita accipienda est ac si divites sana mente careant, sed hoc sibi vult Isocrates eos sana mente non uti, temere et inconsiderate agere: σωφροσύνη indicat pauperes et humili loco positos *prudenter* agere, i. e. cum sana mente, adhibito consilio et cogitate. Sensus itaque totius loci huc fere redit: *si qui divites et potentes sunt, hi in usu divitiarum et potestatis suae non utuntur ratione, sed temere agunt, unde fit ut in lasciviam sive intemperantiam incidant: qui autem in inopia et humili loco versantur, hi eo ipso coguntur parvults, quas habent, opibus, ratione et prudenter uti, neque elatius et superbius sese gerere, unde fit ut sint μέτριοι, ut modum et mediocritatem in omnibus rebus servant.*

Ποτέρων ἂν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τ. π. τ. α. κ.

K

utram



*utram sortem quis optet suis liberis relinquere, i. e. περιτῶν πλούτους καὶ δυναστείας, an vero ἐνδείας καὶ ταπεινότη- τας. Δέχεσθαι h. l. est velle, optare, de qua significa- tione vid. Budaeus Comm. L. Gr. v. 892 et seq. Sic in Archid. p. 130, A: οὐδ' ἂν εὐρεῖν δέξαιτο μᾶλλον ἢ τὰ τῶν ἐχόντων ἀφελῆσθαι. Ne invenire quidem malleut, quam possessoribus sua auferre. De Pace p. 177, D: εἰ δεξαίμεθ' ἂν — τοιαῦτα πάσχουσαν τὴν πόλιν ἐπιδεῖν. In Euag. p. 195, C: οὐδεὶς γὰρ ἔστιν οὕτω ῥάθυμος, ὅστις ἂν δέξαιτο παρὰ τῶν προγόνων τὴν ἀρχὴν ταύτην παραλα- βεῖν μᾶλλον, ἢ κτησάμενος ὁσίως — τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. Repudianda ergo Wolfii conjectura εὔξαιτο. In Nicocl. p. 29, E, ad verba: καίτοι τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο τῶν εὖ φρονούντων τοιαύτης πολιτείας μετέχειν, L. C. Valcken. in marg. e Mss. notavit δέξαιτο, et in proxime antecedentibus δὴ pro εἰ δεῖ. Quo Cod. V. Cl. usus sit ignoro, nam in LB. vetus lectio exstat εὔξαιτο.*

Ἐκ μὲν τῆς Φαυλοτέρας — ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδούσας. Varia ratione verbum ἐπιδίδωμι conscribitur: vel cum ἐπὶ, ut nostro loco et ap. Xenoph. Oecon. p. 826, C. et Isocr. de Pace p. 164, C. vel cum εἰς, ibid. p. 163, B. vel cum πρὸς, ad Nicocl. p. 33, B: Paneg. p. 62, B: de Pace p. 172, A. Praecedit ἐκ τινός, *alicujus rei opera, per aliquid*, nostro loco et ad Nicocl. p. 20, A. item διὰ τινός ad Dem. p. 4, C: ἐγὼ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι, δι' ὧν ἂν μου δοκοῖς ἐπιτηδευμάτων πλείστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι. Cf. Morus in Ind. Paneg.

Λαμβάνει τὰς μεταβολὰς, *accipiunt mutationes, i. e. mutationibus subjecta, obnoxia sunt, eas patiuntur, mu- tantur.* Sic in Panath. p. 256, D: ἢ τε τῶν συμμάχων εὐνοία ταχέως ληψομένη μεταβολήν. Sic etiam dicitur λαμ- βάνειν μεταστάσιν in Archid. p. 124, A.



C A P . I I I .

Ἡμεῖς τε γὰρ — ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων. Notanda est hujus loci similitudo cum alio de Pace, ubi de Atheniensibus et Lacedaemoniis conjunctim dicit p. 182, E: σκέψεσθε, τί τὸ ποιῆσαν ἐστὶ τὰ πρόβλεε ταῦτα, λέγω δὲ τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων, ἐκ ταπεινῶν μὲν πραγμάτων ἐκατέραν ὀρμηθεῖσαν, ἀρχαὶ τῶν Ἑλλήνων· ἐπεὶ δ' ἀνυπέμβλητον τὴν δύναμιν ἔλαβον, περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεῦσαι. Sermonem esse de bello Persico altero, a Xerxe Graeciae illato, manifestum est. Eo autem virtute et consilio Themistoclis feliciter composito, Principatus Graeciae, quamquam repugnantibus Lacedaemoniis, Atheniensibus delatus est: quod h. l. significat Isocrates verbis ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων, cujus loco Cap. VI. legimus παρ' ἐκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβον, scil. majores nostri. In Paneg. p. 55, B. seu Cap. XX: εὐθὺς μὲν τῶν ἀριστείων ἡξιώθησαν, οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τῆς θαλάττης τὴν ἀρχὴν ἔλαβον, δόντων μὲν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὐκ ἀμφισβητούντων δὲ τῶν νῦν ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι ζητούντων, ubi vid. Morus, et ab eo laudatus Thucydides I, 95. Similitudinis causa apponantur loca de Pace p. 165, B: ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πρόβλιν παρέχειν καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, παρ' ἐκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν· et p. 168, A: κἀκεῖνοι (i. e. majores nostri in bello Persico) ἐλευθεροῦντες τὰς πρόβλεις τὰς Ἑλληνίδας καὶ βοηθοῦντες αὐταῖς τῆς ἡγεμονίας ἡξιώθησαν. Addatur Lycurgus adν. Leocr. p. 145, qui de victoriis Marathonica et Salaminia locutus, τοιγαροῦν, inquit, τοιαύταις χρώμενοι γνώμαις, ἐννεμήκοντα μὲν ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατέστησαν, Φοινίκην δὲ καὶ Κιλικίαν ἐπέβησαν, ἐπ' Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ ναυμαχοῦντες καὶ πεζομαχοῦντες ἐνίκησαν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις τῶν



βαρβάρων αἰχμαλάτους ἔλαβον, ἄτασαν δὲ τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιοῦντες κατέπλευσαν. Quo loco noteretur exquisita significatio verbi καταπλέειν *continua navigatione infestare, populari*, quo sensu de pedestribus copiis frequentissimum est καταβείειν. De pugna Marathonica dicit p. 166, eos τῶν μὲν Ἑλλήνων προστάτας, τῶν δὲ βαρβάρων δεσπότης ἑαυτοῦς καβεστηκέναι. Denique mentio facienda est loci-Isocratei in parte recens edita Orationis περὶ ἀντιδόσεως, Ed. Orrellii p. 108: ἐπὶ δὲ τούτῳ Θεμιστοκλῆς ἡγεμὼν ἐν τῷ πολέμῳ τῷ περσικῷ γενόμενος, συμβουλεύσας τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν (ὃ τίς ἂν οἶδεν ἔγένετο πείσαι μὴ πολὺ τῷ λόγῳ διενεγκῶν;) εἰς τοῦτ' αὐτῶν τὰ πράγματα προήγαγεν, ὅστ' ὀλίγας ἡμέρας ἀνάστατοι γενόμενοι, πολὺν χρόνον δεσπότηαι τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν. Lumdemque Themistoclem respicit p. 113. ubi τὴν πόλιν ait διὰ Φρβνησιν ἑνὸς ἀνδρὸς εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων πόλεων γενομένην. Cf. et p. 130.

Ἡ ἀναστάτου μὲν τῆς πολέως — γενομένης. *Eversa, vastata urbe a barbaris.* Et de ipsa urbe, et de tota regione, et de incolis usurpatur vox ἀνάστατος. Vid. Paneg. p. 61, A: Nicocl. p. 31, C: Paneg. p. 48, A: ad Philipp. p. 97, A. Budaeus Comm. p. 472. Morus in Indice ad Paneg. De familiis ab adiutoribus pessumdatis occurrit de Pace p. 159, C: συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους. Eleganter Lycurgus adv. Leocr. ostendit civitatum ἀνάστασιν proprie esse earum mortem, usus etiam exemplo Athenarum et Trojae, p. 138 et 139.

Προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασι. Dici etiam elliptice potuisset προσέχειν τοῖς πράγμασι. Sed illud magis Atticum est, et frequentius, praesertim apud Oratores. Vid. Thomas Mag. voce προσέχω, ibique Salier. Exemplis ab eo allatis, in quibus ellipsis obtinet, addatur Isocr. in Pa-

Pa-



Panath. p. 261, D: μάλλον τούτω πρόσειχον, ἢ τοῖς ἄλλοις, ὅπως κ. τ. λ.

Ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλητον — ἐξανδραποδισθῆναι. Referenda ad acceptam cladem ad Aegospotamos et captas a Ly-sandro Athenas. Nam et in ipsa urbis obsidione Athenien-ses putabant se in servitutem redactum iri, ut est ap. Xe-noph. Hist. Gr. II. p. 459, C. et ne hoc fieret, sola La-cedaemoniorum benevolentia effecit, qui cum Corinthii, Thebani, aliique Graeci suaderent Athenas evertere, nol-le sese Graecam civitatem servitute opprimere dixerunt. Vid. idem p. 460, B. de Thebanis etiam VI. p. 609, D. et 611, E. Ad hanc Lacedaemoniorum clementiam spectant etiam loca Isocratis de Pace p. 174, D: ὥστε παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν ἐξανδραποδισθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ Λακεδαιμονίων τῶν ἐξ ἀρχῆς πολεμούντων εὐνοστέρων ἐτύχομεν, ἢ τῶν πρότερον ἡμῖν συμμάχων ὄντων item p. 180, D: ἡμεῖς τε γὰρ μισηθέντες ὑπὸ τῶν συμμάχων, καὶ περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύοντες, ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐσώθημεν· adv. Callimachum p. 376, E: καταπολεμηθέντες ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενόμενοι, πολλῶν ἐπιθυμησάντων διαφθεῖραι τὴν πόλιν, εἰς ὄρκους καὶ συνθή-κας κατεφύγομεν, ἅς εἰ οἱ Λακεδαιμόνιοι τολμῶεν παραβαί-νειν, σφόδρα ἕκαστος ὑμῶν ἀγανακτήσειε. In primis per-spicuus locus est in Plataeco, ubi Athenienses ita alloquuntur Plataeenses p. 302, C: οὐ δυστυχησάντων ὑμῶν μόνοι (Θη-βαῖοι) τῶν συμμάχων ἔθεντο τὴν ψῆφον· ὡς χρὴ τὴν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον, ὥσπερ τὸ Κρισαῖον πεδῖον; ὥστ' εἰ Λακεδαιμόνιοι τὴν αὐτὴν ἔσχον γνώμην Θηβαίοις, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ὑμᾶς, τοὺς ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν αἰτίους τῆς σωτηρίας γενομένους, αὐταῖς ὑπὸ τῶν Ἕλλήνων ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ ταῖς μεγίσταις συμ-φοραῖς περιπεσεῖν. Universam calamitatem depo-ŕat Isocrates de Permut. p. 345, B. De causis hujus tantae rerum conver-sionis miranti Pericli, quomodo tandem Atheniensium res





in pejus fuerint, respondit Socrates apud Xenoph. Mem. III, 5, 13: ἐγὼ μὲν εἶμαι, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς διὰ τὸ πολὺ ὑπερενεγκεῖν καὶ κρατιστεῦσαι, καταρπύμματα, ὑστερίζουσι τῶν ἀντιπάλων. οὕτω καὶ Ἀθηναίους πολὺ διενηκρυγίας ἀμελεῖσαι ἐαυτῶν, καὶ διὰ τοῦτο χεῖρους γεγενῆσθαι. Atheniensem autem potestas in primis tum invicta ceusebatur, cum undique a finitimis hostibus pressi, nihilominus tamen classem cum ingentibus copiis ad Syracusas obsidendas et Siciliam debellandam emiserunt, uti hujus expeditionis historia docet apud Thucyd. VI. Cf. et Isocrates de Pace p. 175, E. et seq.

Λακεδαιμόνιοι τε τὸ μὲν παλαιὸν ἐκ Φυλῶν τε καὶ μητρῶν πόλεων ἑρμηθέντες — εἰς τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν κινδύνους κατέστησαν. Paucis verbis magnas rerum conversiones complexus est Isocrates. De origine Lacedaemoniorum repetenda a Doriensibus, qui ope Atheniensium Peloponnesum ingressi, Argos, Lacedaemona, Messenam occuparunt, deque eorum vita frugali et militaribus exercitiis dedita, qua factum est ut reliquos omnes virtute antecellerent, ac totam fere Peloponnesum sibi subjicerent, res notissima est cum aliunde, tum e multis Isocratis locis. Vid. Archid. p. 119. et seqq. 139. Paneg. p. 53, A, B, sive Cap. XVI. ubi cf. Morus. Parath. p. 226, A. et sqq. 270, 241. et seq. ubi ipsis vita militaris vitio vertitur. Ποῖα μείζω φρονήσαντες τοῦ δέοντος (in Panegyri. pag. 60, B. dicitur μείζον ἢ προσέχειν αὐτοῖς φρονήσαντες), καὶ λαβόντες καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ βέλαιττα ἀρχήν. Docent haec, qua in re constiterit ista superbia, animi elatio, τὸ μείζω φρονεῖν τοῦ δέοντος, in eo quod Principatum Graeciae sibi arrogaverint. Fuit autem hoc post captas a Lysandro Athenas. Nam ab eo inde tempore superbius sese gesserunt, socios crudeliter et injuste verarunt, in primis Decadarchiis in ciuitatibus constitutis, Pacis  
An.



**Antalcidae** Graecorum libertati valde noxiae auctores existenterunt, alia, quae passim ab historicis narrantur; et ab Isocrate in Panathenaico dedita opera reprehenduntur. Vid. ibi p. 243, D. sq. 246, 252. sq. 254, 271, alibi. Et cf. Diodorus Siculus XIV, 2, 10, 11, 17, 34, 82. Hinc factum est, ut odiosum eorum nomen inter Graecos existeret, tandemque bello cum Thebanis impliciti, gravissima clade ad Leuctras accepta, fere in servitutem redigerentur: *εἰς τοὺς αὐτοὺς*, inquit Isocrates, *ἡμῖν κινδύνους κατέστησαν*. Quae verba ad ejus cladis tempora pertinent. Nam ut antea Athenae, sic post eam Lacedaemon pene expugnata est a Thebanis, qui statim in agrum Laconicum irruptionem fecerunt, ita ut ipsa urbs in maximo esset periculo. Vid. Xenoph. Hist. Gr. VI. p. 607. et 608. nec non in Agesil. p. 662, B. et C. Aelian. V. H. IV, 8. In primis legendus ipse Isocrates ad Philipp. p. 91, A, D. seq. et cum nostro loco conferenda sunt haec e Panathenaico p. 244, D: *Εὐροι τῆς ἔν — Λακεδαιμονίου, κρατοῦντας ἔτι, κατὰ γῆν πρὸς Θεβαίους μόνους πολεμήσαντας, καὶ μίαν μάχην ἠττηθέντας, ἀπάντων ἀποστερηθέντας ὧν εἶχον, καὶ παραπλησίαις ἀτυχίαις χρησαμένους καὶ συμφοραῖς ἅσπερ ἡμεῖς*.

*Ὅστις οὖν εἰδῶς — ἀνδρῆς ἐστίν*. Ut notetur quam similibus semper sit Isocrates, conferantur loci ad Phil. p. 91, B: *πολλῆς οὖν ἀνοίας ἔν εἴη μεστὸς εἴ τις δρῶν τηλικαύτας μεταβολὰς γινομένης*, — in Archid. p. 125, D: *ὅστις οὖν δρῶν τοιαῦτας μεταβολὰς γεγενημένης, ἐφ' ἡμῶν οἶεται παθεσθαι, λίαν ἀνδρῆς ἐστίν*. — Πιστεῦειν τοῖς παροῦσιν idem est quod in Paneg. p. 65, C. dicitur *τῇ παρούσῃ δυνάμει πιστεῦειν*.

*Κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον*. Aequè ac, quod mox sequitur *τότε*, referendum ad ea tempora quae pugnam ad Aegospo-



potentis et captas a Lysandro Athenas proxime antecesserunt : de quibus initio Capitis dixerat.

Τού δὲ μίσους — ἀνακλεισμένης. Quae paulo ante dixerat τῆς πόλεως ἡμῶν πρὸ καταδέσσειν πραττούσης, spectabant internam Reipubl. conditionem, opes, copias navales ac pedestres, caet. Quae autem hic habentur, exteriorem habitum civitatis indicant, praesertim aliorum hominum ratione habita. Ὁ βασιλεὺς sine dubio intelligitur Rex Persarum, qui a Graecis ita per excellentiam dicebatur, ἢ βασιλεὺς ὁ μέγας, mihi est in Paneg. p. 66, A : de Pace p. 172, E. De utroque et odio Graecorum et inimicitia cum Rege Persarum etiam infra quaeritur Cap. XXXII. ubi epistolae ab eo missas memorat, in quibus non magnifice sese de Atheniensibus sentire ostendisset. Sed ut de literis illis res parum nota est, sic nullum adest satis apertum indicium quo doceamur, quis Rex Persarum, quae inimicitiae intelligantur. Quod si recte sese habeant ea quae de tempore hujus orationis editae supra scripsimus, Rex erit intelligendus Ochus, Artaxerxis Mæmonis spurius filius, qui regnavit in Persis, quo tempore Philippus Macedoniae praefuit, cujusque mentio fit cum in Oratione ad hunc scripta, p. 102. tum nominatim in veteri ejus Orationis Argumento, cujus factor eum cum Dario Codomanno confudit. Graecos ei in bello contra Phoenices et Aegyptios auxilia suppeditasse historia docet. Vid. Diodorus Siculus XVI, 44. Sed de inimicitia ejus cum Atheniensibus fateor mihi nihil constare. Fieri tamen potest ut justa bellandi causa fuerit, si quidem Philippum ad bellum communi cum Graecis consilio Persis inferendum excitare studuit Isocrates.

Ἄ τόντι καταπολέμησεν ἡμᾶς. Καταπολεμεῖν. est *debellare*. Sic etiam in Paneg. p. 57, C. et apud Andoc. Or. III. p. 273. Ut autem Athenae a Lysandro caperentur, effecit et odium Graecorum, in primis Lacedaemoniorum, et ini-

mi-



inicitia adversus regem Persarum Darium Nothum, qui per-  
 filium Cyrum Lysandro auxilia suppeditabat. Vid. Xenoph.  
 Hist. Gr. II. p. 455, A.

C A P. I V.

Εἰς τοῦτο δ' ἀναισθησίας ἔκειν. Notetur solennis con-  
 structio pronominis τοῦτο sequente Genitivo. Sic in Paneg.  
 p. 64, A: εἰς τοῦτο δ' ἀμόνητος ἅπαντας ἡμᾶς κατέστη-  
 σαν. Ad Pbil. p. 107, E: εἰς τοῦτο ἤκομεν ἐπιθυμίας.  
 Archid. p. 118, C: εἰς τοῦτο δ' ἤκουσι πλεονεξίας. Simi-  
 liter de Pace p. 174, D: εἰς τοσοῦτο μίσους κατέστησαν.  
 Aliiter tamen in Paneg. p. 65, B: εἰς τῆσδ' ἰσχυρῶν ταπεινότη-  
 τα κατεστήσαμεν, adjectivo cum substantivo convenien-  
 te. Ἀναισθησία quid sit, docent Theophrastus in Charact.  
 Cap. XV. et Casaubonus in Annot. Est vitium intelligen-  
 tia, ut ille definit, βραδύτης ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσι,  
 et opponitur τῇ ἀγχινοίᾳ quae describi solet ὀξύτης ψυχῆς.  
 Nostro loco quid sit, indicant sequentia ἔστε λαθάνειν ἡμᾶς  
 εἰς θ. τ. ή. π. ή. κ. ea intelligitur animi tarditas qui fiebat  
 ut cum in maximis periculis versarentur id nemo sentiret,  
 omnes optime constitutas res civitatis putarent.

Ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις, qui scil. res  
 publicas aut non curent, aut qua ratione sese habeant non  
 sentiant. Sed est in hoc loco difficultas quaedam, in eo  
 posita quod cum hic εἰοίκατε in secunda persona dicatur,  
 mox in prima sequatur οἵτινες — — τεύοκαμεν — ἐκκλη-  
 σιάζομεν. A secunda persona ad primam transiisse Isocra-  
 tem ne nimia in cives convicia diceret, censet Corajus,  
 cujus haec sunt verba: Ἐοίκατε] Ἐοίκαμεν, ἄφειλεν εἰ-  
 πείν, πρωτοπροσώπως κἀνταῦθα, διὰ τὰ προσεχῆ, Τεύοκα-  
 μεν, Ἐκκλησιάζομεν. ἀλλ' εἰκὸς αὐτὸν, δι' οὐδὲν ἕτερον  
 ἢ τὸ τοῦ δευτέρου ἐπὶ τὸ πρῶτον μεταβῆναι πρόσωπον, ἢ



τὸ μὴ δοκεῖν κατακέρως χρῆσθαι κατὰ τῶν πολιτῶν τοῖς  
 δυνεῖδεσι. Quidquid hujus sit, anacoluthon esse in hoc loco  
 negari nequit, in quod incidisse videtur Scriptor, postquam  
 minus considerate, de rebus magis quam de verbis sollici-  
 tus, dixerat τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους. Mihi  
 aliquando in mentem venit εἰκάτε γὰρ οὕτω διακειμένοις  
 ἀνθρώποις transponendum esse ad antecedentia, vel post  
 κεινῶν πραγμάτων, vel post ἀναισθήσιος ἕκειν. Ita certe  
 οἵτινες proxime pertineret ad ἡ πόλις ἡμῶν, atque prima  
 persona sequi posset. Sed ejusmodi anacolutha apud opti-  
 mos scriptores occurrunt, praesertim in longiore oratione,  
 qualis etiam hoc loco est. Wolfius ad verba οἵτινες — ἀπολω-  
 λεκότες notavit: scilicet εἰσὶν, idest ἀπολωλέκασιν, aut eli-  
 psis est, aut enallage, participiis loco verborum positis.

Οἵτινες ἀπάσας μὲν τὰς πόλεις — συμμάχους ἀπολωλε-  
 κότες. Difficile est his omnibus tantum, quantum satis  
 est, lucis ex historia affundere. Neque ex interpretibus  
 quisquam quod operae pretium esset annotavit, praeter  
 Wolfium, cujus ipsa verba referamus.

Primum ad ista ἀπάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θράκης  
 ἀπολωλεκότες notavit sequentia: „Olynthum scilicet et  
 „ triginta duas urbes Chalcidici generis, quae Philippus  
 „ Macedo ceperat, de quibus multa verba fiunt apud De-  
 „ mosthenem περὶ παραπροσβείας. Vide Libanii argumen-  
 „ tum τῶν ὀλυθιακῶν, itemque vitam Demosthenis ab eo  
 „ descriptam.” Profecto nisi “de civitatibus Thraciae a  
 Philippo captis sermo sit, quorsum haec pertineant non  
 video. De his autem praeter orationis laudatae loca T. II.  
 p. 30, 73, 99. Vid. ipsa Olynth. I. T. I. p. 15. Phil.  
 III. p. 126. Diodorus Siculus XVI, 52. alique ibi a Wes-  
 selingio laudati. Belli Philippum inter et Athenienses de  
 Olynthiorum societate gesti initia Diodoro teste fuerunt  
 Archonte Cephisodoto, Olymp. CV, 3. Cf. Capp. 6.

et



et 8. Chalcidicas civitates Philippo subjectas refert Archonte Callimacho, Olymp. CVII, 4. Olynthum expugnatam sequente anno Olymp. CVIII, 1. Archonte Theophilo. Vid. Capp. 52 et 53. Qui annus, si Olympiadum initium ab anno 776. A. C. ducas, ut vulgaris fert sententia, respondet fere anno A. C. 348 vel 349. Simsonius eas numerare solens inde ab anno 774, retulit in annum 346. De exitu belli Phocensis Archonte Archia, Olymp. CVIII, 3. refert idem Diodorus C. 59. — Sequitur πλείω δ' ἢ χίλια τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀπαναλωκότες. „ Quia „ inquit Wotius, „ classis Atheniensium exclusa tempestate „ opem ferre Olynthiis non potuerat. Demosthenes περὶ „ συντάξεως· εἰς τοὺς τῶν ἑλλήνων ἀπόρους· ξένοι scilicet „ στρατιῶται, sunt peregrini et conducticii milites, μισθω „ τὰ ἢ μισθοφόροι, quorum duces ξεναγοὶ ἢ ξεναγωγοὶ „ dicuntur· τοῖς ξένοις ἢ ξενικοῖς στρατεύμασιν ὀρροῦν „ τὴν αἰ πολιτικαὶ δυνάμεις. Demosthenes Olynthiaca 3. „ πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλωκότες „ εἰς οὐδὲν δέον, etc. Conferatur hic locus cum Isocrate.” Recte: vid. etiam Harpocr. in Ξενικὸν et Ξενιτευομένους. Loca Demosthenis haec sunt T. I. p. 186 et 40. Illo, postquam de majorum praeclare gestis retulerat, subjicit: ἡμεῖς δ', ὅσας ἅπαντες ἐρημίας ἐπειλημμένοι, σκέψασθε εἰ παραπλήσια. οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους; ἐξ ἀνήλωνται δὲ οἱ τε ἴδιοι πάντες οἴκοι, καὶ τὰ κοινὰ τῆ πόλει, καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων; εὐς δ' ἐν τῇ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, οὗτοι νῦν ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν. Alter autem ex Olynth. III. ei plane similis sic se habet: νυνὶ δὲ πᾶς ὅμῃν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν νῦν τὰ πρᾶγματα ἔχει· ἄρα γε ὁμοίως καὶ παραπλησίως; καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πολλ' ἐν ἔχων εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσας ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι· καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων, Θηβαίων



δ' ἀσχόλων ἔντων, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξιοχρεώ  
 περι τῶν πρωτείων ὑμῖν ἀντιτάξασθαι, ἐξὸν δ' ἡμῖν καὶ τὰ  
 ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια  
 βραβεύειν, ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας· πλείω δ' ἢ  
 χίλια καὶ πεντακῶσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον.  
 οὐς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης,  
 ἀπολωλέκασιν οὗτοι. ἐχθρὸν δ' ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τηλικούτον  
 ἠσκήκαμεν (ἠξήκαμεν legendum putat Valcken. in Ann.  
 58. ad Orat. de Philippo Mac. p. 267.). ἢ φρασάτω τις  
 ἔμοι παρελθὼν, πῶθεν ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν ἢ παρ' ἡμῶν  
 αὐτῶν Φίλιππος. Numerum talentorum Demosthenes ipse  
 temp. tractans diligentius notavit quam Isocrates. Erat  
 autem gravis reprehensio et insigne ignaviae documentum,  
 tantam pecuniarum summam frustra in mercenarios milites  
 esse consumtam. Antea enim populus ipse militabat, et  
 res multo melius gerebantur. Ne Cyri quidem minoris  
 aetate ullus usus erat militum mercenariorum: postea vero  
 Graecia obruebatur vagorum et errabundorum hominum  
 colluvie, qui mercede conducti stipendia faciebant in ho-  
 rum illorumve gratiam. Disertus est locus ad Philipp. p.  
 101, D: οὕτω γὰρ ἔχει τὰ τῆς Ἑλλάδος, ὥστε ἴσον  
 εἶναι συστῆσαι στρατόπεδον μείζον καὶ κρεῖττον ἐκ τῶν  
 πλανωμένων ἢ τῶν πολιτευομένων· ἐν ἐκείνοις δὲ τοῖς χρό-  
 νοῖς οὐκ ἦν ξενικὸν οὐδέν. His etiam naves compleri solebant  
 cum ipsi cives Athenienses transtro insiderent, et remigium  
 manu tenentes in terram hostilem escenderent. Saepius de  
 conductitorum abusu queritur Isocrates. Vid. Oratio de  
 Pace p. 168, D. et seq. 174, E. Panath. p. 249, C.  
 Epist. ad Philipp. p. 410, C. De ignavia suae aetatis De-  
 mosthenes l. c. τὸ μὲν πρῶτον, inquit, καὶ στρατεύεσθαι  
 πολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος, δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν, κ.  
 σ. λ. — ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνευρισμένοι, καὶ περιηρημένοι  
 χρήματα καὶ συμμάχους, ἐκ ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει  
 γα.



γεγένησθε. Multa etiam habet Philipp. I. T. I. p. 45. sqq. Militiae neglectum ipse Isocrates infra notat Cap. XXXVIII. Cf. Böckhius in Opere Germanico de Oeconomia Civili Atheniensium, V. I. p. 291. — Πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι, „suspecti atque invisi propter tyrannicum imperium, aut „etiam propter res male adversus Philippum gestas.” Sic Wolfius. Utraque conjungi possunt. In socios imperiose egerunt, maxima tributa ab iis exegerunt, classes iis imperarunt, caet. nonnunquam etiam crudeliter in eos saevierunt, ut in Melios et Scionaeos: quae tamen alibi excusare studuit Isocrates Paneg. p. 61, D. et sq. Panath. p. 245, D. et sq. Unde Byzantium, Chiorum, Rhodiorum, aliorumque defectio, quae fuit causa belli socialis: quod ipsum Athenienses πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκε, ut ait Isocrates de Pace p. 163, A. Maxime autem artibus Philippi apud reliquos Graecos invisi erant, quod bello sacro cum Lacedaemoniis aliisque nonnullis impiam Phocensium causam adversus Thebanos, Locros, aliosque, qui socium sibi adjunxerant Philippum (cf. ad Philipp. p. 93, E.), defendere voluerant. Vid. Demosth. de Cor. p. 254. et passim. — Καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες. Dupliciter intelligi potest appellatio ὁ βάρβαρος, vel de Rege Persarum, vel de Philippo Macedone. Nam de illo quidem occurrit in Paneg. C. II. ubi vid. Morus nota II. eique inimicitias fuisse cum Atheniensibus cum modo ante dixerat Isocrates in fine Cap. III. tum infra significat Cap. XXXVII. Atque de hoc intellexit Wolfius, qui consulendam esse ait Demosthenis orationem περὶ συμμοριῶν, qua utrum huic bellum sit inferendum nec ne deliberatur. Sed fortasse rectius intelligatur Philippus, quem a Demosthene sexcenties ita vocari omnes norunt, ut adeo hac appellatione eum distinguere voluerit Isocrates a Rege Persarum, quem et supra et infra constanter appellat τὸν βασιλέα. In primis





id probabile fit si conferantur huic loco quam maxime similia verba Demosthenis ex Olynth. III. p. 40. supra allata, quibus diserta Philippi ἐχβροῦ mentio fit. Contra eum autem bellum gesserant cum de Olynthiorum societate, tum bello Phocensi, ut vidimus. — Ἐτι δὲ τοὺς μὲν Θηβζίων φίλους σώζειν ἰναγκασμένοι. Apponantur iterum Wolfii verba: „Intelligo”, inquit, „Megalopolitas, pro quibus exstat Demosthenis oratio, quae quidem quasi commentarius est hujus loci. — Haec igitur verba sunt Demosthenis [T. I. p. 222.]: πολλὸ δὲ κάλλιον καὶ ἄμεινον, τὴν Θηβζίων συμπαχίαν αὐτοὺς παραλαβεῖν, τῇ δὲ Λακεδαιμονίων πλεονεξίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν· ἢ νῦν ὀκνοῦντας, μὴ τοὺς Θηβζίων σώσωμεν συμμάχους, τούτους μὲν προέσθαι, πάλιν δὲ σώζειν αὐτοὺς τοὺς Θηβζίους· καὶ προσέτι ἐν φόβῳ καθεστάναι περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Mihi αἱ περὶ τὰς χρονολογίας δυσχέρειαι saepe sunt molestae, adeo ut verear, μήποτε δεινῆς ἀνιστορησίας κατηγορηθῶ. Neque enim ubique distinctio temporum mihi in promptu est, quod cum his alia congruere videntur, alia ab iisdem abhorre. ἐπέχων τοίνυν καὶ διασκεπτόμενος, aequo animo exspecto τὰς τῶν δογματικῶν, τῶν πανεπιστημόνων καὶ ἀναμαρτήτων ὄντων, ἀποφάνσεις· τουτέστι, ὅ, τι μὲ χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι.” Nolim me referri in illorum numerum, quos Wolfius dixit. Sed si mea sententia quaeratur, non censeo eum esse ἀνιστορησίας accusandum: cum tempora satis bene convenire videantur. Laccedaemoniorum enim illa in agrum Megalopolitarum excursio, quae, missis ab utraque parte Athenas legatis, causam dicendi praebuit Demostheni, a Simsonio quidem relata est in A. M. 3653. A. C. 350. cum jam superiori anno belli initium factum esset, ut ex Demosthene cognosci notavit Wesselingius: ita ut facile ejus rei mentionem injicere poterit Isocrates. Quod si fecerit, ἰναγκασμένοι significabit



eos temporum rationibus adactos fuisse. Nam ut ex Demosthene constat, periculum erat ne, si, Megalopolitarum, qui Thebanorum socii et amici erant, causa repudiata, Lacedaemonios iniqua molientes adjuvissent, dum ne Thebanorum potentia nimia incrementa caperet se sibi cavere crederent, illis viam aperirent ad Peloponnesi dominatum et ipsi tandem ab illis sibi metuendum haberent. Ergo potius videbatur Thebanorum sociis quam Lacedaemoniis opem ferre. Quod, cum Thebani et bello Phocensi et aliis de causis ipsis infesti essent, durum erat: contra Lacedaemoniorum ad recuperandam Oropum opem expectabant. Nec tamen constat utrum auxilia Megalopolitis miserint Athenienses: a Diodoro Siculo certe non memorantur XVI, 39, ubi vid. Wesselingius. — Superest: τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους ἀπολωλέκτες. Istud ἀπολλῦναι dupliciter intelligi potest, vel perdere, vel amittere. Audiamus Wolfium. „Perdidimus” inquit, „ad egestatem redegimus tributis exigendis et male tractando: aut, Amisimus, quod magis placet, ut de Olynthiis et Thracensibus civitatibus intelligatur. Nam ceteri quidem socii nondum defecerant aut certe non omnes, cum initio statim dixerit, ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσας. Sed tamen et Demosthenes, qui ex hac oratione in tertiam Olynthiacam nonnulla transtulisse videri posset, si ratio temporum pateretur, sic scribit [l. supra cit. p. 40.]: ἀπεσπερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀναλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον, οὗς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι. Quem locum enarrator de sociali bello intelligit, haud scio quam recte.”

Oppositum σώζειν ab interitu vindicare, omnino postulat ut ἀπολλῦναι majus quid significet quam simpliciter amittere, nimirum aut ad interitum adducere, aut certe sua ipsius culpa amittere, ad defectionem cogere. Utrumque

ac.



acciderat nimis tributis [exigendis ad sustentandas copias mercenarias. Prius diserte significat Isocrates de Pace p. 168, D: εἰς τοῦτο δὲ μαρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς ἐσμεν τῶν καθ' ἡμέραν, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν. καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἀπάντων κοινῶς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν. Atque hoc quoque Demosthenem sibi voluisse verba ejus manifeste docent. Cf. et Olynth. II. p. 22. Quo facto cum socii deficerent, eos et *perdiderant* et *amiserant*. Malim in vertendo uti priore vocabulo *perdidimus*. Quinam hic socii intelligantur difficile dictu est. Belli socialis tempore multos defecisse constat. Utrum Demosthenis indicio Oropii intelligi queant, ignoro. Eam civitatem quo minus ope Lacedaemoniorum recuperarent, in causa fuisse, aut certe esse potuisse auxilia Megalopolitanis praestita, ejus verba declarant p. 219, 221. — Haec de rebus gestis, in quibus illustrandis maxime probabilia secuti, certi nihil affirmare audemus, — Superest ut paucis rationem reddamus receptae lectionis ἀπαναλώκτες, quam substitui-  
mus vulgari ἀπανηλωκτες, praeunte Corajo, qui et infra C. XXVII. ἀνάλωσεν pro ἀνήλωσεν edidit, et ubique fere de revocanda veteri forma Attica monuit. Vid. T. II, sive Annot. p. 3, 133, 275. Attici enim veteres ᾗ longum in ἀναλώ non solent mutare, sine ullo augmento scribentes ἀναλίσκω, ἀνάλουν, ἀνάλωκα, ἀνάλωμαι, pro quibus seniores ἀνήλωκα, ἡνάλωκα, ἡνήλωκα scribunt. Vid. Valckenaer. ad Eurip. Phoeniss. p. 222. Thomas Mag. p. 55. laudati Matthiae Gramm. Gr. §. 166. N<sup>o</sup>. 1. Obs. 2. coll. §. 222. Ipsum ἀνάλωσεν exstat in Oratione ad Demonicum, non ita longe ab initio, de quo docte disputat Langius in Addendis p. 52. De verbo ἀνάγειν monuit Porsonus in Praef. ad Eurip. Hecubam p. 18. Sunt tamen qui dissentiant. Cf. Wolfius in Castig. ad hunc posteriorem



Idem p. 808. notae ad Thomam Mag. l. c. Sallier. ad Moerin. p. 26.

Ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δις ἤδη τεθύκα-  
μεν. Εὐαγγέλια dicta fuisse ob res laetas nuntiatas indicta  
festa, quibus sacra facerent, amicisque partes victimarum  
mitterent, notum est e Meursii Graecia Fer. L III. h. v.  
Εὐαγγέλια βύειν itaque est ejusmodi sacra facere laeti nuncii  
causa, additurque ἐπὶ cum Dativo rei significans propter,  
ὅθ, uti hoc nostro loco. Pollux V, 129: ἡ μέντοι ἐπὶ  
τὸ συνήδεσθαι θυσία, εὐαγγέλια, ὡσπερ καὶ ἐπὶ τὸ ἡδε-  
σθαι, a quo nostrum Isocratis locum respici ait Küh-  
nius in nota: dubito an recte. Aristoph. Eqq. 654. jam  
Wolfio laudatus:

————— Ἄνδρες ἤδη μοι δοκεῖ,  
Ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις,  
Εὐαγγέλια βύειν, ἑκατὸν βοῦς τῆ θεῶ.

Quod vero hic tam diserte significat Isocrates *jam his sacrificia boni nuncia facta esse*, de eo utrum aliunde constet, dicere nequeo.

Τῶν πάντα τὰ δέοντα πράττοντων, quam qui prospera  
fortuna utuntur, idem ac τῶν εὐτυχεύοντων, εὐπραττό-  
των, uti recte exposuit Wolfius. Est haec rarior significatio  
dictionis τὰ δέοντα πράττειν, quae alias frequentissime  
notat officio fungi; quam h. l. postulat oppositionis ratio.  
Eadem obtinere videtur in loco Nicoel. p. 32, Α: Φαίνον-  
ται γὰρ — οἱ τε μισοῦντες τὰς τυραννίδας, ὅπταν πολλοὺς  
ἄρχοντας ἐκπέμψωσιν, οὐδὲν τῶν δέοντων πράττοντες.  
*Apparet enim — eos, qui odio tyrannidis multos imperato-  
res (in proelium) emittunt, nullam rem feliciter peragere.*  
Quae sententia, si id nunc ageretur, magna exemplorum  
copia ex historia illustrari posset. Ceterum Wolfio videtur  
Orator de industria quaesivisse locutionem ambiguum, quae



civibus et officii neglectum, et calamitatem temeritatis commitem objiceret.

Καὶ ταῦτ' εἰκότως κ. π. κ. π. Εἰκότως ea fieri dicuntur, quae cum ratione, non temere aguntur. Sic in Paneg. C. XLI. πάντα εἰκότως ἀποβέβηκεν ὀππῶν οὐδὲν ἄλλογως γέγονεν. Nec tamen hoc sibi vult Isocrates ut Athenienses cum ratione tam prave res suas administrare dicat: sed vertendum est merito, ut sensus sit: Nisi mirum est, nos tam male rem gerere, et tanta male pati. Ποιοῦμεν, spectat modo dicta ἐπὶ τισαύταις — πρᾶττοντων· πάσχομεν αὐτεμ, quae antea commemoraverat inde ab οἵτινες ἀπάσας μὲν — συμμάχους ἀπολωλεκότες.

Οὐδὲν γὰρ οἶδντε — βεβουλευμένοις. Ad οὐδὲν suppleri potest μέρος τῆς διοικήσεως e sequentibus τῆς ὅλης διοικήσεως, ut sensus sit: Nulla enim pars rerum publicarum bene administrari potest ab iis, qui de universa reipublicae administratione prava ineunt consilia. Eadem sententia aliis verbis inversa exstat Cap. X: ἀνάγκη γὰρ τοῖς περὶ ὄλων τῶν πραγμάτων καλὰς τὰς ὑπέβσεις πεποιημένοις, καὶ κατὰ τὰ μέρη τῶν αὐτῶν τρόπον ἔχειν ἐκείνοις.

Ἡ διὰ τύχην, ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετὴν, sive fortunā, sive humana virtute. Fortunam veteres intelligebant divinam voluntatem, ad eamque non ea, quae ratione ac consilio provisā administrataque essent, referebant, sed potius quorum causae ignorarentur, quaeque quasi divinitus cecidisse viderentur: itaque rationem, sive humanam prudentiam fortunae opponunt. Vid. Muretus in elegantissima de Fortuna disputatione ad Ciceronis Catil. I, 6. Opp. T. II. p. 552. et seqq. Ex hac animadversione illustrandus etiam est hic noster locus, ubi τύχη ὀππῶν ἀνδρὸς ἀρετῆ i. e. humanae virtuti, consilio, prudentiae, fortitudini. Cujusmodi oppositio frequens est apud Oratores. Sic Cicero pro Lege Manil. 16: Ego enim sic existimo, Maximo, Mar-



*Marcello, Scipioni, Mario, et caeteris magnis imperatoribus non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, saepius imperia mandata atque exercitus esse commissos.* Similiter Aelianus V. H. XIII, 23. Alexandri εἰς ἔπλα ἀρετὴν distinguit ab ejus τύχη. Itaque verba ἀνδρὸς ἀρετὴ h. l. idem fere valent ac ἀνθρωπίνῃ ἀρετῇ, quamquam Isocrates rectius usus est voce ἀνὴρ quam ἄνθρωπος. Illius enim propria virtus est, et hactenus huic opponitur. Eranius Philo Ammonio subjectus p. 156: Ἄνὴρ ἀνθρώπου διαφέρει. Ἄνὴρ μὲν γὰρ ἐστὶ κυρίως ὃ ἐπ' ἀρετῇ διαπρέπων. Ἄνθρωπος δὲ ὃ ἐπὶ μηδενὶ διαπρέπων. Ubi vid. Valckenarius. Sic item Grammaticus Bekkeri V. I. p. 394: Ἄνδρα τὸν ἀνδρεῖον, καὶ τὸν κατὰ κοινωνίαν τῆς γυναικὸς. Εἰς sensu ἀνὴρ legitur in versibus Homericis:

ὦ φίλοι, ἄνδρες ἐστέ, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἔλεσθε.

Ἄνδρες ἐστέ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἄλκῆς.

Il. E, 529. Θ, 174. et saepius recurrentibus. Huc pertinet quod refert Aelianus Var. Hist. IV, 27. Diogenem, accepto parvulo nummulo a Diotimo Carystio, ei versum Homericum gratias egisse, OJ. Z, 180:

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῆσι μενοινῆς,

Ἄνδρα τε καὶ οἶκον.

Ἄνδρα enim eum de viro fortis accepisse, patet ex illis quae addit Aelianus: ἐδόκει δὲ πως ὁ Διότιμος κληθῆναι ἄνδρα. Quamquam Homerus simpliciter pro marito posuit. Sic et Xenoph. Cyrop. II, 2, 21: ὅστις περ ἀνὴρ οἴοιτο εἶναι, quicumque sese virum putaret. Lycurgus adv. Leocr. p. 134. opposuit sexui imbelli et puerulis. De Autolyco, quem Athenienses condemnaverant, quod, quamvis ipse belli pericula subiisset, tamen uxorem liberosque in tuto deposuisset, postquam dixerat, in Leocratem sic



invehitur: καίτοι εἰ τὸν τοῦ ἀχρήστου εἰς τὸν πόλεμον ὑπεκδέσθαι αἰτίαν ἔχοντα ἐτιμωρήσασθε, τί δεῖ πάσχειν, ὅστις ἀνὴρ ὢν οὐκ ἀπέδωκε τὰ τρεφεῖα τῇ πατρίδι. Alio usu ἀνὴρ ponitur pro τις, uti et nonnunquam Latinorum *vir*: quod tamen potētis, 'quam oratoribus convenientius judicat Hoogveenius ad Vigerum de Idiot. III, 3, 1. p. 76. Exemplis ab eo allatis addatur Homerus Il. K, 293:

ἦν οὕτω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀτήρ·

et cf. ibid. vs. 310. Sic et Sophocles in Ajace, 1162 et 1172. laudatus Wyttenbachio ad Platonis Phaedonem p. 257. Nec tamen desunt exempla, etsi rariora, apud solutae orationis scriptores. Nolim huc referre locum Platonis Dial. laudati p. 92. Ed. Wyttenb. τὸ μὲν οὖν ταῦτα διίσχυρῆσασθαι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελέλυθα, οὐ πρέπει πῶν ἔχοντι ἀνδρῖ. Sed sine dubio. huc pertinent loca Thucydidis VIII, 60: ξυνέπραξαν δὲ Ἐρετριέων τε ἀνδρες καὶ αὐτῶν Ὀροπίων, h. e. *Eretriensium et Oropiorum nonnulli*. sic<sup>MI</sup> c. 71: καὶ οἱ Ἀθηναῖοι — ἀνδρες κατέβαλον αὐτῶν — καὶ ὄπλων τινῶν καὶ νεκρῶν ἐκρέτησαν. Herodoti IV, 26: ἔπειθ' ἀνδρῖ ἀποβάνοι πατήρ. VIII, 75: ἐξελεῖν δὲ πέμπει εἰς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἀνδρα πλοῖον, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεῶν. Cf. Gronovii Annotatio Ed. Wess. p. 84, b. init. Addatur Andocides Or. I. de Myst. p. 215: μηδὲ ἐπ' ἀνδρῖ νόμον ἐξεῖναι βεῖναι, εἰ μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις. *Et de nemine licere legem ferre, nisi eadem de omnibus Atheniensibus feratur.* Alia significatione ἀνὴρ identidem repetitum vertendum est *alius* — *alius*, ut apud Xenoph. Oecon. p. 867, B.

### C A P. V.

Κένωνος ναυμαχίαν. Intelligitur pugna navalis, qua Conon Lacedaemonios ad Cnidum vicit, eosque maris imperium, quod



quod inde a captis Athenis tenuerant per decem annos, Atheniensibus reddere coëgit: quod illi legatis missis fecerunt, uti infra Isocrates narrat Cap. XXVII. Ceterum res nota est, praeter Isocratis locos ad Philip. p. 94, D: Euag. p. 199, C. — 200, D. et 202, D. e Xenophonte Hellen. IV. p. 518, A, B. Diodoro Siculo XIV, 83 et 84. Nepote in Con. 4. aliisque laudatis a Moro ad Paneg. C. XXXIX. p. 85. XLI. p. 93. et Meursio Miscell. Lacon. III, 10. ubi de tempore, per quod Lacedaemonii Principatum Graeciae tenuerint, disputat. Addatur Andocides Or. III, p. 277. et, qui conjunctum cum Timotheo filio Cononem patrem laudavit, Dinarchus contra Demosth. p. 12 et 13. et contra Philoclem p. 87. Id haud alienum videtur notare, quod Isocrates ipse ad Phil. I. c. de Conone dicit: ἤλπισε Λακεδαιμονίους καταπολεμήσειν ἄρχοντας τῶν ἄλλων Ἑλλήνων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν' similiter a Diodoro c. 39. referri Cononis hoc in copiis comparandis fuisse consilium ut Graeciam liberaret. In eo autem a Xenophonte et Nepote discedit Diodorus, quod Periarctum, non Pisandrum, Lacedaemoniorum ducem nominat.

Τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν. Στρατηγίαν dicit universe quoniam Timothei virtus et mari et terra conspicua fuit. De hoc quoque res satis cognita est e Nepote, qui victoriis ejus memoratis cap. 2. subjicit: *Quo facto Lacedaemoniis de diutina contentione destiterunt, et sua sponte Atheniensibus imperit maritimi principatum concesserunt; pacemque his legibus fecerunt, ut Athenienses mari duces essent.* Fuit is discipulus Isocratis, eique valde dilectus, quippe cujus etiam ad eum exstat Epistola. Sed nusquam magis ejus laudes celebravit, quam in parte recens ab Orellio edita Orationis *περὶ ἀντιδόσεως* p. 68—78, ubi fere ejus encomium scripsit. Primum de ejus expeditionibus victorisque refert p. 68—70.

Reliqua in ejus indole, clementia et





benevolentia, qua sibi suisque Graecas civitates concillaverat, celebrandis consumuntur. Locus longior est, quam ut hic adscribatur: sed animadversione dignum est, Cornelium Nepotem in Timotheo C. 1. et 2. Isocratem in nonnullis imitatum videri, ut quidem censet Orellius in Praef. p. XII.

Δισκευριφισάμεθα. Rarior vox, de qua egerunt Harpocraton, Suidas, Etymologus, Hesychius, alii, quorum loca vid. ap. Corajum in egregia ad h. l. annotatione. Sensus perspicuus est, et recte ab eo expressus, δισκευριπίσαμεν, δισκευδάσαμεν, *dissipavimus*; explicatur etiam sequenti καὶ διελύσαμεν αὐτάς, unde conjicit Corajus aut apud Harpocratonem, qui itidem hac voce interpretatur, legendum esse διελύσαμεν, aut tria ista vocabula ex Isocratea oratione ejicienda. Neutrum necesse videtur. Si qui conjecturae locus esse debeat, quidni potius ab Isocrate scriptum dicamus διελύσαμεν? Sed ne de hoc quidem statuere ausim. Ceterum de Harpocratonis loco conferri etiam possunt Stephanus Diatr. Isocr. VII. p. 28, qui ab illo scriptum fuisse putat διερίψαμεν, et H. Royaards in Diatr. supra laud. p. 27: cumque priorae ejus parte plane convenient haec Grammatici veteris Bekkeriani V. I. p. 239: Δισκευριφισάμεθα· ἀντὶ τοῦ διελύσαμεν. σκάριφον γὰρ ἐστὶ τὸ κάρφος καὶ φρύγανον, ἐστὶ δὲ τὰ τοιαῦτα εὐδιάλυτα καὶ εὐφύσητα.

Τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν — περιβεβλημένοις. Convenit quodammodo dicendum Themistoclis apud Justinum II, 12: *Patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam.* Et Niciae apud Thucyd. VII, 77: ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί. Item Agesilai, qui interrogatus, cur Sparta non esset munita respondit: ἄνδρες πόλις καὶ οὐ τοῖχοι· cui simile est aliud Lycurgi, quod e Plutarcho notavit Valckenaerius ad Theocr. Adon. p. 254:



ὅτι ἐν εἰη ἀτείχιστος πόλις, ἄτις ἀνδρείοις καὶ οὐ πλίνθοις  
ἔστεφάνωται. Ceterum ad verba οὐ τοῖς τείχη μ. κ. κ. π.  
apposite Wölfius: *Haec*, inquit, *ad laudem Athenarum*  
*pertinent*: attulitque ad proxime sequentia ἀλλὰ τοῖς ἄριστα  
καὶ σωφρ. τ. α. δ. locum Plauti in Persa Act. IV. Sc. IV.  
vs. 5. ubi de Athenis Sagaristio, Virgo et Toxilus col-  
loquuntur:

*S. Quid id quod vidisti, ut munitum muro tibi visum 'se*  
*oppidum?*

*V. Si incolae bene sunt morati, pulcre munitum arbitror.*  
*Perfidia et peculatus ex urbe et avaritia si exulant:*

*Quarta invidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,*

*Septimum perjurium. T. Euge! V. Octava indiligentia,*

*Nona injuria: decimum, quod pessimum aggressu scelus:*

*Haec nisi urbe aberunt, centuplex murus rebus servan-*  
*dis parum est.*

Ἔστι γὰρ ψυχὴ πύλεις — οἷάνπερ ἐν αὐτὴν ἔχουσιν.  
Egregia sententia, quae exstat etiam in Panath. p. 261, C:  
πᾶσα πολιτεία ψυχὴ πύλεις ἐστὶ, τοσαύτην ἔχουσα δύνα-  
μιν, ὅσηνπερ ἐν σώματι φρόνησις· αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ βουλευο-  
μένη περὶ πάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς  
δὲ συμφερέας διαφεύγουσα, καὶ πάντων αἰτία τῶν τὰς πύ-  
λεσι συμβαινόντων ἀγαθῶν. Et, notante Corajo, apud Aris-  
totelem Polit. IV, 11: ἡ γὰρ πολιτεία βίος τίς ἐστὶ πύλεις.  
Interest tamen quod βίος solummodo *vitam*, ψυχὴ utrumque et  
*vitam* vitaeque conservatricem *animam*, et *animum* significat.  
Altera notio nostro loco praeferenda, ob illud, quod sequi-  
tur, φρόνησις, quae facultas est animi sive intelligentiae. Lo-  
cus autem Panathenaeici aliquandó me in eam cogitationem  
induxit, ut putarem Isocratem nostro loco verbis transpositis  
scripsisse: ἔστι γὰρ πολιτεία οὐδὲν ἄλλο ἢ ψυχὴ πύλεις·  
quae lectio totius orationis nexui haud inepte respon-  
deat.



deat. Primum enim non quaeritur quid sit ψυχὴ πύλαις, cujus nulla in antecedentibus mentio facta erat, sed quid sit πολιτεία, de qua paulo ante dixerat πολιτείαν γὰρ τὴν δὲ βῶς ἐν κ. τ. λ. et cujus notio inest proxime praecedentibus τὴν αὐτῶν διοικοῦσιν, quorum loco aequè dici potuerat τὴν αὐτῶν πολιτενομένοις, uti et vicissim ex his πολιτείας interpretari debemus διοίκησιν, quod recte vidit Stephanus in Diatr. Isocr. V. p. 16. Deinde sententiae vis melius etiam apparet. Dixerat modo Isocrates τὰς εὐπραγίας παραγίνεσθαι καὶ παραμένειν — τοῖς ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὐτῶν διοικοῦσιν, *felicitatem adesse et perdurare apud eos, qui optime et prudentissime suam civitatem administrant.* Quaeritur ratio, quare id ita fiat. Respondet Isocrates: *quia haec civitatis administratio, διοίκησις, πολιτεία, nihil aliud est quam animus civitatis, tantumque in eam vim habet, quantum in corpus hominis φρόνησις, animi prudentia.* Est comparatio universae civitatis cum homine. Quemadmodum animi prudentia et moderatio plurimum confert ad corporis curam bene instituendam vitamque conservandam, sic etiam prudens reip. administratio magnam vim habet ad civitatis universae salutem procurandam, eamque quam diutissime incolumem praestandam. Ab altera tamen parte huic conjecturae obstat, quod, uti nunc legitur, ποσαύτην ἔχουσα δύναμιν et αὕτη γὰρ κ. τ. λ. quae de πολιτεία dicuntur, hujus mentionem proxime sequuntur: quod, verbis trajectis, aliter sese habet; quamquam eodem modo ac in loco Panathenaici. Itaque nihil definiendum, omnia doctiorum iudicio relinquenda putamus. Ceterum sequentia αὕτη γὰρ κ. τ. λ. de πολιτεία dicuntur, ejusque vim in civitatis salutem indicant. De civibus, quomodo Reip. formae similes sint, comparetur Plato de Rep. VIII. Ed. Bip. V. VII. p. 186. quo libro singulas Reip. formas percurrit. Verbis τὰ μὲν ἀγ. δ. τ. δ. σ. δ. plane similia leguntur ad Nicoclem,



pag. 28. Ad verba ὁμοιοῦσθαι καὶ πράττειν recte Wolfius: *Prius ad actiones, mores; et orationes, alterum ad fortunam et successus referendum.*

Ἐπεὶ ἤς — ἀπεγραψάμην. *Pro qua ego dicturus sum, et me huc (ad dicendum) accessurum esse denunciavi.* Vid. annot. ad Cap. I. Ἐπεὶ ἤς vertimus *pro qua*. Plus enim significat quam *περὶ ἤς, de qua*, nimirum, *in cuius gratiam, laudem, cuius celebrandae et commendandae causa*. Sic ὑπὲρ τινος λέγειν est *pro aliquo dicere, eum in iudicio defendere*. Similiter in Paneg. p. 53, D: ὑπὲρ μὲν Ἀργείων δυστυχισάντων Θεβαίους ἐπιτάττοντες, *in gratiam Argivorum infelicium Thebanis imperantes*. In Archid. p. 123, C: ὑπὲρ τῶν δικαίων κινδυνεύειν, *pro jure, justa causa pericula obire*. Et ad Phil. p. 96, E. de Philippi potestate legimus: οὐχ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀλλ' ἐπὶ ταύτην αὐξάνεται, *non pro Graecia, in ejus commodum, salutem, sed contra eam, in ejus perniciem, augetur*.

C A P. V I.

Ἦν Σβλων μὲν, ὁ δημοτικώτατος γεν. — ἐξ ἀρχῆς καθέστησε. Cf. Dionys. Hal. l. supra cit. in Introd. p. 54. Notetur titulus δημοτικώτατου Soloni tributus, et explicatus Demostheneo illo de Cor. p. 243: Σβλων εὐνοῦς ὡν ὑμῶν (populo Atheniensium) καὶ δημοτικός. Eandem laudem ei vindicat Aristoph. in Nubibus, 1189:

Ὁ Σβλων, ὁ παλαιὸς, ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν.

Infra utrique et Soloni et Clistheni tribuitur Cap. XXIV. Nec dubium, quin utrique conveniat. Δημοτικός enim proprie opponitur τῷ τυραννικῷ. Cf. Maximus Tyr. XIV, 6. Qualis esse debeat, delineavit Aeschines adv. Ctesiph. p. 217: quorsum respicit Demosth. Or. I. p. 286. Ad

N

Cll.



Clisthenem quod attinet, tyranni ab eo ejecti intelliguntur non Hippias et Hipparchus; hic enim jam antea occisus erat ab Harmodio et Aristogitone, quo facto tantum aberat ut liberarentur Athenae tyrannide, ut contra magis etiam quam antea per quatuor annos ea premerentur, teste Herodoto V, 55; sed Hippias ejusque et Hipparchi superstites liberi: quos Alcmaeonidae, et in his Clisthenes, oriundus ex ea gente, Pisistrato tyrannidem occupante, exsules voluntarii Athenis profecti, Pythiam, Apollinis Delphici sacerdote, pecuniis inducta, ut, si quid Lacedaemonii ab oraculo peterent, primum Athenas liberandas esse diceret, horum opera, qui exercitum duce Rege suo Cleomene miserant, reliquis exsulibus collectis, ejecerunt, exsulesque in patriam reduxerunt. Res uberius refert Herodotus V, 62-65, a quo diserte memorantur *οἱ παῖδες τῶν Πεισιστρατιδῶν*. Probe autem animadvertendum, quod seq. Cap. 66. addit, Clisthenem eum fuisse, qui Pythiam corrupisse feratur: quod et testatur Scholiastes Mss. ad Aristidis Panath. a Valckenaerio ad Cap. 63. laudatus. Hinc enim quodammodo apparet ipsum fuisse qui Tyrannos ejecerit, quod quomodo fecerit, populumque reduxerit, clarius docet Alcibiades filius, quem sic loquentem inducit Isocrates in Or. de Bigis p. 351, E: *καὶ τὸ τελευταῖον* (de Alcmaeonidis agit qui odio tyrannidis Athenas reliquerant) *Ἀλκιβιάδης καὶ Κλεισθένης, ὁ μὲν πρὸς πατῆρας, ὁ δὲ πρὸς μητῆρας ὡν πρόπαππος τοῦ πατρὸς τοῦμοῦ, στρατηγήσαντες τῆς Φυγῆς, (h. e. τῶν Φυγάδων, exercitum exsulum ducentes, uti etiam abstracto pro concreto posito τῆς Φυγῆς — κατελοῦσας pro τοῦς Φυγάδας — κατελθόντας dixit Isocrates de Pace p. 184; A. Vid. et Xenoph. Hist. Gr. V. p. 553, D. Thucyd. VIII, 64. Ut non opus sit legere ἐκ τῆς Φυγῆς, quod voluit Corajus). κατήγαγον τὸν δῆμον (h. e. τοῦς Φυγάδας de quibus ante dixerat), καὶ τοῦς τυράννους ἐξέβαλον, καὶ κα-*



κατέστησαν ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν, ἐξ ἧς οἱ πολῖται πρὸς μὲν ἄνδρειαν οὕτως ἐπαιδεύθησαν, κ. τ. λ. Plutarch. in Pericle p. 153, D. de Clisihene dicit: ὃς ἐξήλασε Πεισιστρατίδας καὶ κατέλυσε τὴν τυραννίδα γενναίως, καὶ νόμους ἔθετο, καὶ πολιτείαν ἄριστα κεκραμένην πρὸς δόξαν καὶ σωτηρίαν κατέστησεν. Cf. idem in Aristide p. 319, C. et legatur Meursius in Pisistrato Cap. XVI. Sed in primis memorandus est insignis locus ipsius Isocrates e parte recens edita Orationis de Perm. Ed. Orell. p. 108; qui nostro loco fere Commentarii instar esset possit: ἐκεῖνος μὲν γὰρ (inquit, loquitur autem de Solone) προστάτης τοῦ δήμου καταστάς, οὕτως ἐνομοθέτησε, καὶ τὰ πράγματα διέταξεν ἐκείνου, καὶ τὴν πόλιν κατεσκεύασεν, ἵνα ἔτι καὶ νῦν ἀγαπᾶσθαι τὴν διοίκησιν τὴν ὑπ' ἐκείνου συνταχθεῖσαν μετὰ δὲ ταῦτα Κλεισθένης ἐκπεσὼν ἐκ τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν τυράννων, λόγῳ πείσας τοὺς ἀμφικτύονας δανεῖσαι τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων αὐτῷ (de hoc non alibi me legere memini), τὸν τε δῆμον κατήγαγε, καὶ τοὺς τυράννους ἐξέβαλε, καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐκείνην κατέστησε τὴν αἰτίαν τοῖς Ἑλλησι τῶν μεγίστων ἀγαθῶν γενομένην. Ibidem p. 130. de Clisihene dicit: σκέψασθε ποῖός τις ἦν καὶ πῶς γεγονῶς, καὶ τινὰ τρόπον πεπαιδευμένος ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν καὶ τὸν δῆμον καταγαγών. Quae omnia probant, magis ab Alcmaeonidis, quam ab Harmodio et Aristogitone liberatas esse Athenas, de quo disertis verbis sententiam dixit Herodotus VI, 123, egregie confirmatam narratione Thucydidis VI, 53—59. Unde autem factum sit ut vel sic tamen his tanta tribueretur dissolutae tyrannidis laus, docte exposuit Valckenaerius ad Herodoti V, 55. Ceterum ἐξ ἀρχῆς κατέστησε positum esse pro ἀποκατέστησε in integrum restituit, recte monuit Wolfius. De pleonasmō πάλιν ἐξ ἀρχῆς, quod habet et Aristoph. in Pluto 867, paucis egit Cl. Borgerus ad Ep. Pauli ad Gal. p. 267.



Τεκμήριον δὲ μέγιστον· οἱ μὲν γὰρ ἐκείνη χρώμενοι κ. τ. λ. Elliptica dictio notissima pro τούτου δὲ τεκμήριον μέγιστόν ἐστι τοῦτο ὅτι οἱ μὲν ἐκ. χρ. κ. τ. λ. in qua probe animadvertatur usus particulae γὰρ pro ὅτι, cum apud Isocratem, tum apud alios frequentissimus, in primis post formulas τεκμήριον δὲ, σημεῖον δὲ, μέγιστον δὲ, κεφάλαιον δὲ, alia; de quo egerunt Vigerus et Hoogeveenius III, II, I. p. 145. Matthiae Gr. §. 283. in f. Bachius ad Xenoph. Symp. IV, 17. laudatus a Moro ad Paneg. C. XIX. et verbo monuit Cl. Wyttenbachius ad Platonis Phaed. p. 160. plura se ad Plutarchum dicturum pollicitus. Eadem ratione post τεκμήριον occurrit infra Cap. XXVIII. De Pace p. 178, B: 185, C: Panath. p. 243, B: Trapez. p. 364, E: Amart. p. 402, A. Altera constructio cum ὅτι est in Paneg. p. 61, E: πολὺ τὸδε μεῖζον τεκμήριον — ὅτι τῶν πάλαιων κ. τ. λ. — Post κεφάλαιον Cap. XII. et XXVIII. — Post σημεῖον Paneg. p. 58, C: Euag. p. 190, C: Panath. p. 263, D. — Post τὸ δὲ μέγιστον Nicocl. p. 31, A. — Post ἔλεγχος ap. Lysiam Pro Mantitheo p. 264. — Post παράδειγμα ap. Thucyd. I, 2. — Post μαρτύριον δὲ, ap. eundem I, 8. caet. — Similiter reperitur post adverbia: ἐκεῖθεν in Nicocl. p. 33, A: De Pace p. 176, D: infra Cap. XXIV. ἔνθενδε, Busir. p. 225, B. Similia quoque sunt ex Orat. ad Philipp. p. 92, E: τὰ περὶ τοῦς Θεβαίους οὐδέ σε λέληθεν· καλλίστην γὰρ μάχην νικήσαντες, κ. τ. λ. pro ὅτι καλλίστην μ. ν. Archid. p. 123, B: κἄκεῖνο χρῆ σκοπεῖν· νῦν γὰρ περὶ τοῦ δικαίου πάντες τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχομεν, pro ὅτι νῦν περὶ τοῦ δ. κ. τ. λ.

Παρ' ἐκόντων — ἔλαβον. Vld. supra dicta ad Cap. III.

Καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες. Recte Corajus monuit legendum esse πολλὰ καὶ δεινὰ, cum ut constet oppositio antecedentium πολλὰ καὶ καλὰ, tum ob consuetudinem Atticorum, qui similibus formulis delectantur. Pro-

ba.



bavit ejus emendationem Orellius in Ann. ad Or. *περὶ ἀντ.* p. 244, praeter quem vid. etiam Sruiterus Lect. And. p. 143. Πολλὰ καὶ καλὰ occurrit etiam infra Cap. XXX. Panath. p. 259, A. item ap. Lysiam p. 284. Ael. V. H. III, 10. Xenoph. H. Gr. VII. p. 624, C. πολλὰ καὶ πονηρὰ est ap. Andoc. Or. I. p. 221.

Μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν, h. e. τοῦ ἐξανδραποδισθῆναι, ut supra dixit Cap. III. Iisdem plane verbis utitur *περὶ ἀντ.* Ed. Or. p. 73. De dictione *συμφοραῖς περιπίπτειν*, cui similes sunt aliae *ζημίαις περιπ.* Cap. IX. *ἀτυχίαις περιπ.* Cap. XXVII. vid. Wytenb. Bibl. Crit. V. III. P. II. p. 68.

Τελευτῶντες εἰς τραχ. πρ. — ἐξοκείλωμεν. Tandem in asperiores res, acerbiores calamitates incidamus. Ἐξοκέλλειν, *impingere*, proprie dicitur de navibus quae ventorum vi in terram ejiciuntur. Eo sensu occurrit apud Herodotum VII, 182. et a Polluce I, 114. refertur inter παθήματα navis. Gramm. ap. Bekkerum An. Gr. V. I. p. 252: Ἐξοκείλαι· ἐξορμηῆσαι καὶ ἐκδραμεῖν, ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύματος φορᾶς ἐκπεσεῖν εἰς τὴν γῆν. Deinde ad alia transferitur et simpliciter notat *incidere, delabi in aliquid*, adhibeturque fere semper in malam partem. Sic in Ep. II. ad Philippum Isocrates dicit p. 409, C: ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐκ εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν, ἀλλ' εἰς λόγου μήκος ἐξοκείλας, de quo loco vid. Corajus p. 300. et noletur *ἐξοκέλλειν* magis convenire formulae *εἰς λόγου μήκος*, quam alteri *εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν*. De quo constructionis genere monuit Cl. Wytenbachius Bibl. Crit. P. XI. p. 110. et seq. Aelian. V. H. IX, 24: ἐξώκειλε εἰς τοσοῦτον τρυφῆς, et XII, 24: ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς. Vid. et Oratio *περὶ ἀντ.* Ed. Orell. p. 118. ubi conjungitur cum alia rariore forma *κατασκελετεύω*.





## C A P. V I I.

· Συλλήβδην· h. l. τῷ ἀκριβῶς oppositum significat *summatim*, *universe*, ita ut non de singulis rei partibus, sed tantum in universum quid rei sit dicatur. Similiter fere occurrit in Paneg. C. VI. et De Perm. Ed. Or. p. 115. Usitatum etiam hac ratione philosophis, uti ap. Platonem in Phaedone p. 21. ad quem locum in ann. p. 170. Cl. Wytenb. ait plura se notavisse ad Plutarchum de Educ. Pueror. p. 7, D. Gramm. ap. Bekkerum V. I. p. 303: Συλλήβδην, inquit, συνειλημμένως, ἐκατέρωθεν, συνθροισμένως, ὅπερ ἐστὶ συλλαβόντα καὶ συνζυγόντα. Ceterum τότε aequae ac supra Cap. III. spectat tempora captarum a Lysandro Athenarum.

· Περὶ ἀμφοτέρων τούτων. Hoc est, de Reip. forma a Solone et Clisthene constituta, et de nostra praesenti rerum administratione. Similis comparatio majorumque laudatio, digna quae cum hac, quam nunc incipit Isocrates, conferatur, exstat in Oratione de Pace p. 167, D — 170, D. item p. 174. et in Paneg. Cap. XXII. sqq. ubi vid. Morus.

## C A P. V I I I.

· Οἱ γὰρ κ. τ. λ. *Qui igitur* etc. Solenne oratoribus aliisque scriptoribus hac significatione est particula γὰρ, cum de re aliqua dicere incipiunt. Sic etiam infra Cap. XXVII. init. XXXV. Ad Philipp. p. 113, C: λοιπὸν οὖν ἐστὶ τὰ προειρημένα συναγαγεῖν· Φημὶ γὰρ, κ. τ. λ. *dico igitur caet.* De Pace p. 174, A: ὅθεν δ' ἀπέλιπον πάλιν ποιήσομεν τὴν ἀρχὴν· ἔφασκον γὰρ ἐκείθεν, κ. τ. λ. de Perm. p. 310, B: Trapez. p. 358, C: Aegin. p. 385, C. Alia exempla passim occurrunt.



Ὀνόματι μὲν τῷ κοινοτάτῳ καὶ πρῶτάτῳ· Τῷ τῆς δημοκρατίας δηλονότι, inquit Corajus. Sensus est: Reip. formam sibi constituerunt non eam, quae nomen quidem democratiae gereret, re ipsa autem plane aliter sese haberet. Similiter Lysias Pro Polyst. init. p. 324. τὸ ὄνομά τῶν τετρακοσίων ὀππῶντι ἐργαίῳ. Alias dicitur λόγῳ μὲν — ἔργῳ δέ. Panath. p. 249. D. et 277, A: item ἐν μὲν τοῖς λόγοις — ἐν δὲ τοῖς ἔργοις, Hel. p. 209, A: quae formulae explicantur aliá τῷ μὲν λόγῳ — τῇ δ' ἀληθείᾳ, Nicocl. p. 33, D. Cf. annotatio Valckenaerii ad Herod. II, 100. Nostrum autem locum illustrent haec e Panath. p. 259, D: ἀπειροὶ πολιτειῶν ὄντες (de maioribus loquitur), οὐ διήμκρον αἰρούμενοι τῆς ὑπὸ πάντων ἀνομολογηθείσης, οὐ μόνον εἶναι κοινοτάτης καὶ δικαιοτάτης, ἀλλὰ καὶ συμφωρωτάτης ἕκαστι τοῖς χρωμένοις καὶ ἡδίστης.

Οὐδὲ τὸν τρόπον τοῦτον — τοῦ πάντα ποιεῖν εὐδαιμονίαν. Rectissime Corajus pro veteri lectione ταῦτα in textum recepit πάντα, cum ob locum Cap. XIV: ἐξῆν αὐτοῖς ποιεῖν ὅτι βουληθεῖεν. cum ob aliam e Panath. modo laudata verba proxime sequentem, et haec itidem illustrentem: κατεστήσαντο γὰρ δημοκρατίαν οὐ τὴν εἰκῆ πολιτευομένην, καὶ νομίζουσιν τὴν μὲν ἀκωλασίαν ἐλευθερίαν, τὴν δ' ἐξουσίαν, ὅ, τι βούλεται τις (τοῦ ὅ, τι β. τ. edidit Corajus) ποιεῖν εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ τὴν τοῖς τοιοῦτοις μὲν ἐπιτιμῶσαν, ἀριστοκρατία δὲ χρωμένην. Conf. etiam de Pace p. 180, A. ab eodemque laudatus Aristoteles Polit. VI, 4. Perversa autem ejusmodi ἐλευθερία, qualem Isocrates hic significat, a Platone de Rep. VIII. (Ed. Bip. V. VII. p. 217.) dicitur ἀναρχία, et cum Isocrateis omnino conferri merentur quae de ea scripsit p. 210, 212, 213, et in sequentibus passim. Aequales hic increpat Orator, notante Dionys. Hal. l. l. in Introd. p. 54. propterea de civitatis constitutione immutanda disserens, quod videret εἰς τὸσάυτην αὐτὴν προεληλυθυῖαν ἀκο-



ἀπειρίαν, ὥστε μὴδὲ τοὺς ἄρχοντας ἔτι τῶν ἰδιωτῶν κριθεῖν. ἀλλ' ἕκαστος ὅ, τι κατ' ἡδονὴν αὐτῷ γίγνεται καὶ ποιῶντα καὶ λέγοντα, καὶ τὴν ἀκαίρην παρρησίαν δημοτικῆν ἐξουσίαν ὑπὸ πάντων νομιζομένην. Idem paulo post subji-  
cit: δημοκρατίαν αὐτοὺς νομίζειν, οὐ τὴν ἀριστοκρατίαν, ἀλλὰ τὴν σφαιρικήν, τὸ δ' ἐλεύθερον οὐκ ἐν τῷ καταφρονεῖν τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ κελεύμενα ποιεῖν τίθεσθαι.

Ἄλλὰ καὶ μισοῦσα καὶ κολάζουσα — ἐποίησε. Supple-  
tus est ex antecedentibus Nominativus ἡ ὑπὸ τῶν προγόνων  
κατασταθεῖσα πολιτεία.

Δυσὴν ἰσοτήτων νομιζομένην εἶναι, κ. τ. λ. Insignem  
esse imitationem Platonis Gorgiae §. 136. p. 508, A: λέ-  
λαθέ σε ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώ-  
ποις μέγα δύναται. de Legg. VI. p. 757, B: δυσὴν ἰσοτή-  
των εἶσιν ἑμαυτοῖς μὲν, ἕργα δὲ εἰς πολλὰ σχεδὸν ἐντα-  
τίαν, κ. τ. λ. censet Orellius ad Or. περὶ ἀντ. p. 263.  
Wolfius notavit Aristotelem Eth. V. ex hac Oratione locum  
de duplici analogia seu proportione vel mutuum esse, vel  
certe non primum invenisse. Locus est Eth. Nicom. V, 4,  
quem cum Platonis altero adscripsit Heindorfius Gorgiae l. l.  
p. 211. de sententia laudans Valckenzerium ad Eurip. Phoen.  
v. 541. p. 199. Attamen alia videtur Platonis, alia Isocratis  
distinctio.

Ἄλλὰ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν — οὐ δικαίαν εἶσαν. De  
hac perverta aequalitate comparatur disputatio Cyri cum  
suis apud Xenoph. Cyrop. II, 2. §. 17—21. Neque ab  
hoc loco plene aliena sunt quae Polybius disputat de Potenti  
Romani potestate, L. IV. p. 235: τιμῆς γὰρ ἔστι καὶ τιμω-  
ρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μένους ὁ δῆμος κέρως, εἰς συνέχευται  
μένους καὶ δυναστείας, καὶ πολιτείας, καὶ συλλύβδην πᾶς ὁ  
τῶν ἀνθρώπων βίος· παρ' οἷς γὰρ ἢ μὴ γινώσκουσιν συμ-  
βαίνει τὴν τριαύτην διαφορὰν, ἢ γινώσκουμένην χειρίζεσθαι  
κακῶς, παρὰ τοῦτους οὐδὲν εἶδότε κατὰ λόγον διοικεῖσθαι  
τῶς



τῶν ὑφεστώτων· πῶς γὰρ εἰκὸς ἐν ἰσῇ τιμῇ ὄντων τῶν ἀγαθῶν τοῖς κακοῖς; Quae vitima speciem habent imitationis Homericæ, II. I, 319:

ἐν δὲ τῇ τιμῇ ἡμὲν κακὸς ἡδὲ καὶ ἐσθλός.

Sed in primis conferenda sunt haec ex Nicocle p. 29, C: οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιούσθαι τοὺς χειροτονοῦς καὶ τοὺς ποιητοὺς· εἰκνίετατον δὲ τὸ διαφύσσασθαι περὶ τούτων, καὶ μὴ τοὺς ἀνεμοῖους τῶν ὁμοίων τυγαχάνειν, ἀλλὰ καὶ πράττειν καὶ τιμᾶσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἐκάστους. Cf. quoque Lysias contra Philonem p. 479.

Οὐκ ἐξ ἀπάντων — περιφύροντες, κ. τ. λ. Insignis locus de magistratum electione apud Athenienses, ea in primis quae Solonis et Clisthenis aetate obtinuit. Huc pertinent quae habet Dionysius Hal. l. cit. in Introd. et cf. Panath. p. 260, A: 261, D: 262, C. Proxime, quantum scimus, ad Isocratis sententiam accedit Aristoteles, qui Polit. II, 10, de Solone agens, ait eum civitatis formam optime temperavisse: εἶναι γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῃ βουλὴν ὀλιγαρχικὴν· τὸ δὲ τὰς ἀρχὰς αἰρετὰς ἀριστοκρατικὴν· τὰ δὲ δικάσθηριον δημοτικὸν. Et mox, aliis interjectis, de magistratum electione sic disputat: ἐπεὶ Σόλων γε ἔσκιε τὴν ἀναγκαιστάτην ἀπεδιδόναι τῷ δήμῳ δύναμιν. τὸ τὰς ἀρχὰς αἰρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν. μηδὲ γὰρ τούτου κύριος ἦν ὁ δῆμος, δοῦλος ἦν εἶη καὶ κελέμιος· τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῶν γενεῶν καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας, ἐκ τῶν πεντακισσιμεδίμων, καὶ ζευγίτων, καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἰππάδος· τὸ δὲ τέταρτον θητικὸν, εἰς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν. Aristoteli in reliquis similimus Plutarchus in Sol. p. 87. F: 88, A, Equites secundo, ζευγίτας tertio loco posuit, diserte significans postremae classis cives, etsi nullo magistratu fungerentur, tamen τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν participes fuisse τῆς πολιτείας. Vel sic tamen duo sunt, quae difficilius expediuntur, quin imo re-



pugnantiae speciem prae se ferant. Primum, Isocrates paulo ait eam constitutionem fuisse δημοτικατέραν, quam ubi sortitio adhiberetur: Aristoteles contra id ἀριστοκρατικὸν iudicat. Sed hoc levius. Gravius alterum, quo sensu magistratum sortitionem neget ille, cum tamen constet eam in usu fuisse Athenis, idque jam antiquis temporibus. Nam quod ad Archontes attinet, eos fuisse κληρωτοὺς ἐκ παλαιῶν, sole clarius ostendit Plutarchi locus in Pericle pag. 157. A: unde de Solone tanquam peculiare quid notare videtur Aelianus V. H. VIII, 10, quod Athenienses eum αἰρετὸν προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς, οὐ κληρωτόν. Legebatur eadem ratione Senatus CCCC, sive, ut Clisthenes postea instituit, CCCCC, unde ἡ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου dicebatur, quia fabarum (κυάμων) in sortitione usus erat. Cf. Plutarch. in Per. p. 162. Et de aliis item magistratibus constat eos sorte lectos fuisse, cni sortitioni quotannis praesent Thesmothetae in Theseo. Vid. Aeschines adv. Ctesiph. p. 161. Id vero quo pacto cum Isocratis et Aristotelis sententia conciliari queat, quaerendum est. Ipsa illius verba videamus. Οὐκ ἐξ ἀπάντων, inquit, τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, non ex omnibus magistratus sortientes, ut non omnem sortitionem prorsus negare videatur, sed eam, cujus omnes cives, boni aequae ac mali, nullo discrimine participes essent: cff. modo de πρᾶγα aequalitate dicta. Ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἰκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες. Ellipticam dicendi rationem censeo, in qua subintelligendum sit τοῖς ἄλλοις, h. e. τοῖς μὴ χρηστοῖς καὶ μὴ ἰκανοῖς, ex antecedentium oppositione, ut sensus sit: sed optimos et ad unamquamque rem maxime idoneos praefereutes minus bonis, minus idoneis: hoc enim proprie significat προκρίνειν. Id autem ita intelligendum puto ac si dixisset: optimos et maxime idoneos reliquis in sortitione anteponeutes, ad sortiendum designantes. Sic enim res sese ha-



habebat Athenis. Sorte legebantur complures magistratus, at non omnes promiscue cives ad eam sortitionem admittebantur; prius a populo designabantur, qui sortituri essent: hi autem e potentioribus civibus ex lege Solonis eligebantur, hoc est ἐκ πεντακοσιομεδίμων, ἰππέων, ζευγίτων. Vid. Plut. l. c. collatis quae p. 88, D. de Senatu CCCC leguntur. Praeterea ne quando minus apti munere fungerentur, obstabat eorum exploratio (δοκιμασία), essentne parentibus civibus Atticis nati, legitimeque ad magistratum gerendum admissi, tum qui mores, quod vitae genus antea fuisset: quam ut in reliquis, sic etiam in iis, qui sorte legebantur, antequam munus inirent, adhibitam fuisse, diserte docet Aeschines contra Ctesiph. p. 162: καὶ αἱ κληρωταὶ ἄρχαι οὐκ ἀδοκίμαστοι, ἀλλὰ δοκιμασθεῖσαι ἄρχουσι. Universe cff. Pollux VIII, 44. ibique Hemsterh. item 68. Budaei Comment. L. Gr, p. 67 Xenoph. de Rep. Ath. III, 4. p. 699, D. Mem. II, 2, 13. Hinc jam intelligitur, quid sibi velint ista: οὐκ ἐξ ἀπάντων τὰς ἄρχας κληροῦντες. Sed praeter τὰς κληρωτὰς ἄρχας aliud genus erat χειροτονητῶν, qui a tribubus singulis suffragiis eligebantur: quo pertinebant decem στρατηγοί, praetores, ἰππάρχου duo, φυλάρχου, ταξιάρχου, alii. Vid. Pollux VIII, 94, 100. Valesius ad Harpocr. p. 175. Demosth. in Prooem. 64. Et in his quidem maxime prudentiae virtutisque ratio habebatur, ut iis Isocratea optime conveniant, Idemque de iis valet, qui propriaί ἀρετοί dicebantur, et ad tempus rei cujusdam peragendaе, operisve curandi praefecturam gerebant. Universe de variis magistratuum generibus vid. loca Aeschinis adv. Ctesiph. p. 167 et 163. Isocratem vero non nisi hos postremos significavisse, statui nequit. Potius est, ut ejus verba universe accipiantur, atque ex consuetudine civitatis explicentur. Idemque in sequentibus faciendum puto, ut ista: ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν (κ. π. λ. τ. ἀ. τ. ὄλο. ἔπ. ἐν δὲ τῇ προκρί-



νειν τῶς ἐπιεικεστάτους, τὸν δῆμον ἔσεσθαι κύριον ἐλέσθαι  
 τ. ἀ. μ. τ. κ. π. sic intelligatur: Etenim in sortitione,  
 cuius omnes et boni et mali participes essent, omnia a for-  
 tuna pendere: ac sapientius magistratu potiri, qui pauco-  
 rum potentiae studeant: contra, ubi optimi cives minus  
 bonis anteponebantur, penes populum esse, eos eligere, qui  
 maxime populari imperio faverant, h. e. eos ad sortiendum  
 designare. Nec abhorret, statuere procedente aetate de  
 severitate in optimis designandis aliquid remissum esse, ita  
 ut fere ἐξ ἀπάντων sortitio fieret; adeoque tacitam his inesse  
 Atheniensium reprehensionem, qualis etiam inest dicto Socratis  
 apud Xenoph. Mem. I, 2, 9. quod respexisse videtur Ari-  
 stoteles Rhetor. II, 20. §. 9 et 10. Certe suffragiis pessi-  
 mos eligi solere. diserte increpat Isocr. de Pace p. 170, C.  
 Ut autem in creandis magistratibus, sic per totum muneris  
 tempus, eoque exacto, populus erat κύριος τῶν ἀρχῶν,  
 quippe omnes rationibus reddendis erant adstricti, ἐπεύθιστοι:  
 cf. in primis Aeschines l. I. et passim. Plutarch. in Per.  
 p. 158, A. T. II. p. 822, E. Ruhnkenius ad Timaeum  
 p. 126. Ergo qui recte administraverant, eos laudare et  
 honore afficere, qui secus, eos punire poterat, quod  
 Isocrates significat Cap. seq.

Τσιούτους — ἐπιστατούνες. Ratio redditur, quare ex  
 optimis civibus magistratus elegerint, quia solet populus  
 horum mores imitari. Nam ut est ad Nicoclem p. 21, A: τὸ  
 τῆς πόλεως ὅλης ἕως ἀμειψῆται τοῖς ἀρχουσι. Et in Nico-  
 cle p. 34. D: φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν ταύταις τοῖς ἐπιτηδεύμασι  
 τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἀρχοντας τοὺς ἐαυτῶν ὁρῶσι  
 διατρέφοντας De Pace p. 170, B, reprehensis Atheniensibus,  
 quos pessimis civibus reip. administrationem committebant,  
 subiicit: καὶ τοὺς μὲν μετρίους τσιούτους εἶναι νομίζομεν.  
 οἷους περ ἂν τοὺς πρεσβύτας νέμωσιν· αὐτοὶ δ' οὐκ οἴδμεθα  
 τῆν αὐτῆν λήψεσθαι ὀξῆσιν τοῖς πρεσβύταιν ἡμῶν: qui  
 10.

locus ideo notabilis est, quod ex eo quodammodo appareat tacite iterum cives reprehendere Isocratem, qui non amplius ita sentirent. Similiter Xenoph. Cyrop. VIII, 8, 5: ὁποῖοί τινες γὰρ ἐν οἱ προστάται ᾧσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἐπιτοπολὺ γίγνονται. Nec prorsus dissimile aliud de Vectigal. Athen. init. p. 920, A: ἐγὼ τοῦτο μὲν ἀείποτε νομίζω, ὁποῖοί τινες οἱ προστάται ᾧσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι. Euripides Orest. 770:

Δεινὸν οἱ πολλοὶ, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας,  
Ἄλλ', ὅταν χρηστοὺς λάβωσι, χρηστὰ βουλευούσ' ἀεὶ.

Cicero ad Div. I, 9. ex Platone, notante Wolfio: *Quales, inquit, in republ. principes sunt, tales reliqui cives solent esse.* Virgilius ad arum coetum transtulit, Georg. IV, 95:

*Ut binae regum facies, ita corpora plebis.*

Ἐπειτα καὶ δημοτικωτέραν — πολιτεῖαν. Causa indicatur, cur magistratus non sorte duxerint. Verba modo explicuimus. Ceterum pro γινομένης restituiimus γιγνομένης, uti et saepius praeunte Corajo, v. c. Capp. V. παραγιγνομένης. IX. γιγνομένης, caet. Moeris Atticista: Γίγνεται, Ἀττικῶς γίνεται Ἑλληνικῶς, ubi Valcken. ad Phoen. 1396. laudat Piersonus. Vid. et Eustath. ad Odys. M. p. 1722, 55. Fischerus ad Welleri Gramm. Spec. 3. part. 1. p. 61. laudati Langio pag. antepenult. inter Errores Typographicos.

C A P. I X.

Ἄτιον δ' ἦν τοῦ ταῦτα τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, καὶ μὴ περιμαχίτους εἶναι τὰς ἀρχὰς, κ. τ. λ. Cum argumento totius hujus Cap. cf. locus e Panath. p. 263, A—C. Ἐργάζεσθαι universe significat rem familiarem augere, ejus curam gerere; et ita h. l. opponitur sequenti τῶν οὐκ ἐκείων





κειῶν ἀμελεῖν. Eadem significatione ad Nicocl. p. 19, B, opponitur τῷ δαπανᾶσθαι. Cf. Hoogev. ad Vigerum III, 13, 5. p. 163. Alteri φείδεσθαι, *parce vivere, parsimonia uti*, respondet item sequens τοῖς ἄλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν, quod qui faciunt, tantum absunt, ut suis parcant, ut et aliorum bona dilapidare cupiant.

Καὶ μὴ τῶν μὲν οἰκείων ἀμ. τ. δ. ἀ. ἐ. Idem in veteribus Atheniensibus laudat in Paneg. p. 63, D. In Or. autem de Pace ita suos reprehendit, ut rursus illud appareat, hac laude majorum vituperationem praesentis aetatis contineri. Verba haec sunt p. 164, C: οὐδὲν δὲ τούτων οἷόντ' ἐστὶ γενέσθαι πρότερον, πρὶν ἂν πεισθῆτε, τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδαλεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν τῆς τῶν ἄλλοτρίων ἐπιθυμίας· περὶ ὧν οὐδεὶς πώποτε τῶν ῥητόρων εἰπεῖν ὑμῖν ἐτόλμησεν. Similiter de Permut. p. 315, A. memorantur οἱ προουρημένοι τῶν μὲν ἰδίων ἀμελεῖν, τοῖς δ' ἄλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν. Nec tamen prorsus eadem esse putem τὰ ἴδια et τὰ οἰκεῖα· illa enim tantummodo privatas uniuscujusque civis res significant, et mox opponuntur τοῖς δημοσίοις. Contra τὰ οἰκεῖα latius patent, nec tantum singulorum civium bona, sed totius civitatis complectuntur. Perspicue id apparet ex loco de Pace p. 175, E, ubi exemplum τῆς τῶν οἰκείων ἀμελείας, τῶν δ' ἄλλοτρίων ἐπιθυμίας hoc affertur, quod Decelico bello pressi Athenienses, vel sic tamen classem ad Siciliam debellandam emisserant, quodque τῶν προαστείων τῶν οἰκείων οὐ κρατοῦντες, Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ Καρχηδόνος ἄρξειν προσεδόκησαν. Nostro loco utrumque significari putem, privata ob antecedentia, publica, quod mox peculiaris τῶν ἰδίων mentio fit. Ceterum conferri potest praeceptum Nicoclis p. 37, A: ἀπέχεσθε τῶν ἄλλοτρίων, ἵνα ἀσφαλέστερον τοὺς οἴκους τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν κέκτησθε.



Μηδ' ἐκ τῶν δημοσίων — ἐπαρκεῖν. Significantur haec et illustrantur hisce Dionysii Hal. qui ait, antiquos Athenienses ἀντὶ τοῦ τὰς ἰδίας οὐσίας ἐκ τῶν δημοσίων ἐπανορθοῦν, τοὺς ἰδίους πλούτους εἰς τὰ κοινὰ καταχορηγῆσαι. Eadem laus illis tribuitur in Paneg. p. 56, A. Ejusque contrarium graviter in aequalibus reprehendit de Pace p. 161, B. Exemplum privatarum impensarum publicis sumtibus factarum Andocides Or. IV. p. 295. refert, Alcibiadem accusans quod ἰδίας ἀπὸ τῶν κοινῶν προσόδους κατεσκευάσατο. Cujus contrarium habemus ibid. p. 312. ubi de se ipse dicit: τὰ προσταττόμενα δαπανῶ, οὐκ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων.

Οὕτω δ' ἀπέιχοντο — δεομένους. Sensus est: *Tanta erat illorum abstinentia a publicis opibus, ut eo tempore difficilius reperirentur, qui (lucris e publicis opibus capiendi cupiditate ducti) magistratum gerere cuperent, quam nunc, qui illud recusent, nolint, fugiant.* Μηδὲν δεῖσθαι enim h. l. videtur significare *nolle*, uti interpretatur Budaeus Comm. L. Gr. p. 955. Rursus est oppositio praeteritorum et praesentium. Quam pauci olim erant, qui magistratu gerendo lucrum sibi comparare studerent, tam multi nunc sunt, qui publicae pecuniae inhiantes ad remp. administrandam advolant: tam pauci, qui privati homines vivere malint, a rebus gerendis remoti. Sic enim Panath. l. I. dicit, tunc temporis μηδένα τῶν πολιτῶν, ὡσπερ νῦν, διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἀρχάς, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ταύτας φεύγειν ἢ διώκειν.

Ὅν γὰρ ἐμπορίαν — ἐπιμέλειαν. Non enim *mercaturam*, sed *λειτουργίαν* putabant esse rerum publicarum curam, h. e. non enim putabant se in gerenda rerum publicarum cura, in administranda republica, id sibi debere propositum habere, ut ex ea, tanquam ex mercatura, lucrum facerent, sed hoc potius, ut reipublicae opera sua et pecunia prodes-

sent,



sent (Rurus his lucem afferunt sequentia *μὲν ἀπὸ τῆς κατεπειγόντων*). Hoc enim est *λειτουργία* et *λειτουργεῖν*; quod primaria notione significat *res publicas facere, operari*. Indicat hoc Ulpianus in Demosth. in Lept. p. 192: *λεῖτον ἐκάλουον οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι*. Et peculiariter de ejusmodi *opera* usurpatur *quam sua pecunia cives τειρ. praestabant*: quod qui facerent *λειτουργοὶ* Athenis dicebantur, erantque varii generis, *χειρτοὶ, γυμνασιαρχοὶ, ἐστιάτορες, τριήραρχοι et εἰσφέρντες*, de quibus omnibus egit Sigonius de Rep. Athen. IV, 4. Hoc sensu Xenophon Mem. II, 7, 6. *λειτουργεῖν τῇ πόλει* dixit pro, *civitati pecunias de suis ipsius facultatibus suppeditare*: eodemque Nicocles p. 38, D. cives suos jubet esse *λαμπροὺς ἐν ταῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως λειτουργίαις*. Atque haec notio nostro loco probe tenenda est: ex eâ enim intelligitur oppositio inter *ἐμπορίαν*, quae lucrum offert, et *λειτουργίαν*, qua, abjectâ omni lucrispe, ipsi de suis civitati opem ferant cives. Disputatur autem num scribi debeat *λειτουργία, λειτουργεῖν*, an potius *λητουργία, λητουργεῖν*. Vid. Thomas Mag. in voce p. 573. Hoc, ut Atticorum proprium, commendat Moeris, ad quem vid. Piersonus p. 252. Huc pertinet quod dicit vetus Grammaticus ap. Bekkerum V. I. p. 277: *Λειτουργεῖν οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ ἢ ἔλεγον λητουργεῖν· λητὸς γὰρ ἐστὶ δημόσιον ἀρχεῖον, οἱ οὖν ἐν τῷ λητῷ ἐργαζόμενοι οὗτοι λειτουργοῦσιν (s. l. λητουργοῦσιν). ὅπερ νῦν διὰ τῆς εἰς διφθέγγου λέγεται. Moeridis sane sententiam hic egregie confirmat: quod autem de *δημοσίῳ ἀρχεῖῳ* ait, mihi quidem plane novum videtur: reliqui, quantum scio, simpliciter interpretantur τὸ δημόσιον. Vid. etiam Valcken. Animadv. ad Ammon. II, 16, p. 144. seq.*

*Λῆμμα*. Gramm. cujus sunt λέξεις ἱστορικὰ ap. Bekkerum V. I. p. 276: *Λῆμμα κέρδος*. Eo sensu frequens est.



est; veluti ap. Lysiam contra Diogit. p. 542. Dinarchum in Demosth. p. 36, in Aristogit. p. 77. in Philocl. p. 81; 82. Dissentiunt Moeris p. 245. et Herodianus p. 470, scribendum sit λῆμμα an λῆμα; quae de re vid. ad Moer- tin Hudsonus et Piersonus. Illud omnino cum Herodiano tenendum. Nam λῆμα simpliciter μ significat *animum*, *an- ti impetum*, τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς: contra λῆμμα est κέρδος, a verbo λαμβάνω: uti recte distinguunt Ammonius ejusque Editioni subjectus Eranius Philo, cum Herodiano consentientes, ut hinc cum Hudsono Moeris corrigendus videatur. Vid. Valckenaerius ad Ammon. Animadv. L. II. C. XV. p. 141—143, et, praeter alios Piersono laudatos, L. Bosii Anim. in Script. Gr. p. 48. Recte etiam distin- guuntur in Fragm. Lex. Gr. subjecto Hermanni Libro de Emend. Rat. Grimm. Gr. p. 326. f. λῆμα ἢ ἀνδρία! καὶ ἢ φρόνησις· λῆμμα δὲ τὸ κέρδος.

Σχολὴν ἀγειν. Intelligitur *otium liberale*, vacuum ab omni opificio, quale etiam dicitur ἀργία in Busir. p. 225, B: cui opponitur ἔργον, *opus illiberale*. Cf. Cl. Wyttenba- chius ad Sel. Hist. Gr. p. 373 et 452. et Bibl. Crit. P. XII. p. 41. sq.

Βίον, *res ad victum necessarias*, τὴν περιουσίαν, ut inter- pretatur Corajus. Locum respexit Isocrates de Perm. p. 129. Ed. Or. τοὺς βίον ἱκανὸν κεκτημένους καὶ σχολὴν ἀγειν δυναμένους· notavitque Orsilius.

Ἐπιμελεῖσθαι τῶν κοινῶν ὡς περ οἰκιοτάτων. Hoc est boni viri et imperantis. Comparantur loca e Paneg. et Or. de Pace supra laudata. Huc pertinet, quod refert Herodotus V, 29, Perios, Miletum sedaturos, magistratus elepse eos, quorum optime culti essent agri: δοκέειν γὰρ ἔφασαν καὶ τῶν δημοσίων οὕτω δὴ σφέας ἐπιμελήσεσθαι ὡς περ τῶν σφετέρων. Ubi notavit quaedam Wesselingius.

Ἐπαινεῖσθαι καὶ στέργειν τ. τ. τ. Laus enim est maxi-



mum praemium, uti docet etiam ad Demon. p. 10, B: ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος ἀλλ' ἐνδοξότερος· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλείους ἔπαινος. Lycurgus adv. Leocr. p. 130: ἔτι δὲ καὶ δίκαιον τὸν ἔπαινον, ὃς μόνος ἔβλεπεν τῶν κινδύνων τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι ἐστι, κ. τ. λ. Cicero Pro Arch. 11: *Nul- lam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumque desiderat, praeter hanc laudis et gloriae.* Sic etiam Aristoteles Politicae vitae finem statuit honorem: vid. Stephani Diatr. Is. V. p. 16. Exemplum Cyri habemus apud Xenoph. Cyrop. I, 2, 1, omnia tolerantis τῷ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα.

Τῆς τοῦ μὲν δυνατωτάτους ἐπὶ τ. π. κ. Propter locum e Cap. VIII: τοῦς ἰκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες, putet forte quis, hic reponendum esse ἰκανωτάτους· id vero minus recte. Referrī enim potest ad antecedentia τοῦς δὲ σχολῆν ἄγειν δυναμένους, κ. τ. λ.

## C A P. X.

Ἀνάγκη γὰρ τοῖς — πεπονημένοις, καὶ κατὰ τὰ μέρη τ. α. τ. ἔχειν ἐκείνοις. Recte Corajus κατὰ τὰ μέρη ex veteribus Edd. revocavit pro Wolfiano τὰ κατὰ μέρη: non item, meo quidem iudicio, Dativum τοῖς — πεπονημένοις mutavit in Accusativum τοῦς πεπονημένους, allatis aliis locis, ubi ἀνάγκη sequente Accusativo cum Infinitivo occurrit. Nec enim h. l. Dativus pendet ab ἀνάγκη, sed aο Infinitivo ἔχειν, dum sequens ἐκείνοις in hac constructione redundat, hoc sensu: *Necesse enim est, ut qui universam rerum administrationem recte instituant, apud eosdem, quod ad singulas partes attinet, res eodem modo sese habeat.* Similem sententiam habuimus Cap. IV.

CAP.



C A P . . . X I .

Ούτε ἐθεράπευον, ούτε ἄργιαζον. Notetur illud de *sacris popularibus*, hoc de *arcanis sive mysteriis* accipiendum: sic de *sacris Bonae Deae* occurrit apud Plutarch. in Cicer. p. 870, B.

Οὐκ ἀνωμάλως οὐδὲ ἀτάκτως. Wolfius: „ Prius pertinet ad sumtus, alias maximos, alias minimos: alterum ad tempora et statos dies.”

Τριακοσίας βοῦς ἐπέμπον. Idem: „ Ἐπέμπον· ἐν τῇ πομπῇ ἔβουον καὶ κατέβαλλον. Nam τὸ πέμπειν ἀντὶ τοῦ πομπεύειν hic poni videtur: nisi quis forte intelligere velit, malit de sacrificiis, quae Athenienses in externa templa, ut Delphici Apollinis, et Jovis Olympii, aliorumque Deorum miserunt.” Posterius praeferam, quae fuit praecipua pietatis pars apud Graecos: vid. Casaubonus ad Theophr. p. 329, qui hoc ipso loco utitur.

Ἐπιθέτους ἐορτάς. Explicant Grammatici, Harpocration, Suidas et Etymologus, τὰς μὴ πατρίους, ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας, quae Areopagi iudicio adsciscebantur, uti sequentia declarant; addunt enim ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλα (ἄλλα solius est Etymologi) ἐπιθέτά τινα, ὅπῃσα μὴ πάτρια ὄντα ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή ἐδίκαζεν. Cf. Valesius ad Harp. p. 29.

Αἷς ἐστίασίς τις προσείη. Τὰς δημοβοινίας intelligi, de quibus Xenoph. de Ath. Rep. II, 9: βύουσιν οὖν δημοσίαι μὲν ἢ πῶλις ἱερεῖα πολλά· ἔστι δὲ ὁ δῆμος ὁ εὐωχούμενος καὶ διαλαγχάνων τὰ ἱερεῖα: monet Corajus. Similiter Isaeus de Astyphilli haered. p. 537. memorat τὰς θυσίας — ἐν αἷς περ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι ἐστιῶνται. Sequens μεγαλοπρεπῶς idem est, quod mox dicitur ἐν πολυτελείαις.

Τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν. Eadem sunt, quae modo τὰς πατρίους θυσίας dixerat, de quibus scriptum erat ἐν



ταῖς κύρβεσι, *in tabulis legum*, unde dictio τὰ ἐκ τῶν κύρβεων θύειν, idem quod κατὰ τὰ πατρια θύειν, apud Lysiam adv. Nicomachum p. 455 et 456, qui ipsum illud, quod hic Isocrates reprehendit, fecisse accusatur. Cf. et Plutarchus in Solone p. 92, B.

Ἐκ τῶν προσόδων θύειν. Didymus apud Harpocrationem interpretatur ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων, probantibus Maussaco et ad h. l. Wolfio: improbantibus Valesio ad Harp. p. 95. et Corajo ad h. l. qui rectius interpretantur *ex locatione*. Hic quidem omnium optime vim dictionis explicuisse videtur. Primum docet e loco Lysiae modo cit. aliud quid esse ἀπὸ τῶν προσόδων θύειν sive ἀπὸ τῶν προσιόντων χρημάτων, quae Nicomachus nefarie in adscitiis sacris consumsisse dicitur, ita ut, unde patria celebarentur, non superesset. Tum, Valesium secutus, verborum ἀπὸ μισθωμάτων θύειν subjicit hanc interpretationem: "Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ μισθοῦ ἐκδιδόναι τινὶ, οὐ κατὰ μέρος, ἀλλ' ὁλοκλήρως οὕτως, ὥστε τὸν ἐργολαβήσαντα ἐπ' ἀδήλῳ σαλεύειν τῷ κέρδει τῷ ἀπὸ τούτου, ἢ τῆ ζημίᾳ, οὐδὲν ἥττον ἢ τὸν ἐκδόντα ὄλον, ἐπὶ τοῦ προκειμένου, εἰ ἔδει ἐκατὸμβην τοῖς θεοῖς θύσαι κατὰ τὰ πατρια, αἱ δὲ πρόσοδοι οὐκ ἐξήρκουν εἰς ἐκατὸν βοῶν ὠνὴν, διὰ τὸ προκαταναλωθῆναι αὐτὰς εἰς τὰς μὴ πατρίους, ἀλλ' ἐπιπέτους ἐορτῆς καὶ θυσίας, ἐμίσθουν οἱ τῶν ἱερῶν διοικηταὶ τὴν ἐορτὴν καὶ τὴν θυσίαν τῷ ἕξ ἐλαχίστου ποιήσειν αὐτὰς ἰφισταμένῳ καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο, Ἐκ μισθωμάτων θύειν. Cum qua interpretatione fere consentiunt duo Veteres Grammatici in Bekkeri An. Gr. V. I. p. 207 et 432.

Ὅπως μηδὲν — καταλύσουσι — προσθήσουσιν. Veram hanc esse lectionem, non καταλύσουσι — προσθήσουσιν, probat locus Veteris Grammatici ap. Bekkerum V. I. p. 157: Μή· ἐν μέλλουσι μετὰ ὀριστικῆς ἐγκλίσεως. ἐκ τοῦ κατὰ Τιμοκράτους· ἢ ὅπως δὲ οὕτοι τῶ ἀίσχιστα καὶ τῶ δεινότατα ποιοῦντες  
δίη



δικην μὴ δώσουσιν." Ἰσοκράτης ἐν Πανηγυρικῷ· ὅπως  
 μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύουσι, μήτε ἔξω τῶν νομιζο-  
 μένων προσθήσουσιν." τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ ὅπως σύνδεσμος,  
 ὅστις παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ὀριστικοῖς συντασσόμενος ἐκοίμησε  
 τὴν δύναμιν τοῦ μὴ μετὰ μέλλοντος, ἀεὶ ὑποτακτικῆν  
 ἔγκλισιν ἐπιζητοῦντος ἢ τὴν ἰσοδυναμοῦσαν αὐτῇ εὐκτικῆν,  
 ὡς τὸ μὴ μετάσχοιτε τροφῆς. Quod Panegyricum pro  
 Arcopagitico laudavit, fortasse memoriae lapsus est: gra-  
 vius est, quod habet καταλύουσι, quod, quia librariorum  
 vitio tribuendum videtur, cum praesenti nullus hic locus sit,  
 indicat eum legisse καταλύουσι. Sed videamus, quid sibi  
 velit hac disputatione. Μὴ, inquit, si futurum sequatur,  
 construitur cum modo indicativo: hic enim est sensus verbo-  
 rum. Hoc probat primum verbis Demosth. adv. Timocratem  
 memoriter, ut videtur, laudatis: nam apud eum legitur T. III.  
 p. 127: οὗτοι δ', ὅπως οἱ τὰ αἴσχ. κ. τ. λ. Addit nostrum  
 locum ex Arcop. in quo eum modo indicativo legisse per-  
 spicuum est; alioquin nulla ipsius argumentationi vis inesset.  
 Jam rationem reddit, cur sequatur *indicativus*, non *subjunc-*  
*tivus*. Efficit hoc, inquit, copula ὅπως, quae apud oratores  
 cum indicativis construi solita, reprimit vim particulae μὴ  
 cum futuro, semper conjunctivum modum postulantis, aut,  
 qui idem valet, optativum, ut in his verbis: μὴ μετάσχοιτε  
 τροφῆς. De simplici μὴ multis disputat Thomas Mag.  
 p. 611. et sqq. Observatione particulam ὅπως cum indica-  
 tivo poni solere sese tuentur quae supra p. 70. de loco  
 ex Orat. de Pace scripsimus. Cff. loca Aeschylī in Prom.  
 68. et Aristoph. in Ran. 7. a Thoma allata p. 613. Lan-  
 gius in Or. ad Phil. C. XLVIII. pro Wolfino ὅπως τῶ  
 προγόνῳ σαυτῶν ὅμιον παρασκευάσῃς ex Ald. recepit παρα-  
 σκευάσεις, laudatis Fr. Aug. Wolfio ad Demosth. Lept.  
 p. 266 et 375, et Rindelsenio ad Isocr. Evag. p. 4.

Ὁὐ γὰρ ἐν ταῖς π. — παρέδωσαν. Conferri possunt quae





refert de Socrate Xenophon Mem. I, 3. §. 3. et praeceptum ad Nicocl. p. 18; E: τὰ περὶ τοῦ θεοῦ ποίει μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν· κ. τ. λ. Εἶναι ἐν h. l. est constare in, uti et ap. Aristot. Rhet. I, 5, 21: τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτηῖσθαι. Κινεῖν autem est abrogare, immutare. Sic in Euag. p. 190, C: τὸ κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων. Coniungitur cum μετατιθέναι ad Nicocl. p. 18, B. In Euag. p. 201, D. convenit cum λύειν, abrogare. Herodotus III, 80. dixit τὰ νόμια κινεῖν.

Ὁὐκ ἐμπλήκτως οὐδὲ παραχωδῶς. Recte Wolfius ad h. l.: „Hacc verba pertinent ad τὴν δυσκρασίαν τῶν ἀρῶν, καὶ τῶν ἀέρων, cum ἀπὸ quadrantis suam temperiem, non servant. — Item τὸ ἐμπλήκτως huc etiam accom- modari potest, cum subitae fiunt aëris et tempestatum mutationes.” Prius ἐμπλήκτως Corajus interpretatur εὐμεταβδῶς, pro quo Homerum Od. T, 132. ἐμπλήγδην dixisse ait. Certe si ita accipiatur, quodammodo explicatur eo, quod sequitur, παραχωδῶς, quod idem valet ac ἀτάκτως, ἀκαίρως, quippe utrumque opponitur sequenti εὐκαίρως. Occurrit etiam ἐμπλήκτως apud Thucyd. III, 82, ubi Schol. interpretatur μανιωδῶς. Et cum aliis ejusdem significationis adverbis, εὐήθως, ἀνοήτως, ἀφρόνως, ἐπιπλήκτως, ἐκφρόνως, ἀσυνέτως, recensetur a Polluce V, 121.

## C A P. X I I.

Τὰ πρὸς σφῆς αὐτούς. Hoc est civium inter consuetudo. Primum dixit de cultu Deorum: nunc progreditur ad privatae vitae rationem describendam, τὸν ἴδιον βίον, ut ipse mox dicit. Cernitur autem in hac laude reprehensio aequalium, quos plane aliter egisse significat C. XXXVIII.

Ἐποιοῦντο πρόνοιαν ἀλλήλων. Πρόνοιαν ποιεῖσθαι τίνος, curam gerere alicujus, frequens apud Isocratem dictio. Vid.

Pa-



Paneg. p. 41, B: De Pace p. 175, D. Genitivus pendet a suppressa praepositione *περὶ*, quae addita reperitur ad Phil. p. 96, A: Plat. p. 297, A. Idem uno verbo dicitur *προνοεῖσθαι* Panath. p. 249, B, idemque significat quod *ἐπιμελεῖσθαι*, quippe opponitur τῷ ἀμελεῖν apud Galenum Protrept. C. VIII: ἐστιώμενος — παρὰ τινὶ τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἡμεληκῶτι.

Ἡγούμενοι — ὑπάρχειν. Cum his ex Orat. de Perm. ἡγούμενος τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς ἐμὲ παρ' ἑτέρων χρηματισμὸν ποιήσεις, καὶ προσδοκῶν, κ. τ. λ. comparat Orellius in Ann. p. 209.

Οὐχ ὅπως — ἀλλὰ, non solum non — sed etiam. Plenius οὐχ ὅπως — ἀλλὰ καὶ de Pace p. 186, C: Busir. p. 222, B. Vid. Sluiteri Lect. And. p. 280. ab eoque laudati.

Γεωργίας h. l. *agros colendos*, de ipsa *agricultura* infra legitur Cap. XVII. De agriculturae studio apud Athenienses vid. Xenophon Oecon. C. IV, V, XII.

κατ' ἐμπορίαν ἐκπέμποντες. Sic Trapez. p. 359, A: ὁ πατήρ — (μὲ) ἐξέπεμψεν ἅμα κατ' ἐμπορίαν καὶ κατὰ θεωρίαν. Solonem κατὰ θεωρίας πρόφασιν Athenis profectum, narrat Herodotus I, 29.

Ἄφορμην, *subsidia*, unde operis aut mercaturae initium fieret, itaque *pecuniae*, quae apud Atticos propria hac voce dicebantur; postea *προβολή*, et *ἐνθήκη* dicta sunt. Vid. Harpocraton in v. Maussacus ad eum, Valesius ad eum p. 14. et ad Notas Maussaci p. 103 et 104. Corajus ad h. l. et in Add. p. 334. item Casaubonus ad Theophr. p. 132.

Μέρος τι κομίσαιντο, *partem aliquam recuperarent*. Κομίσεσθαι saepissime est *recuperare*. Vid. Thomas Mag. in v. et quos laudat Oudendorpius. Ex Isocrate notentur sequentia: Archid. p. 133, D: De Pace p. 163, D: Euag. p. 195, A: Plat.



Plat. p. 301, C: Trapez. p. 359, E: 360, C: adv. Callim. p. 379, A. Addantur Andocides Or. III. p. 273. Xenophi, Mem. S. IV, 4, 17. Herodot. IV, 179.

Ταῖς ἐπεικείαις καταχωμένους. Quid hoc sit, patet ex opposito τοῖς νόμοις πειδομένους, scilicet, nulla habita poenarum lege constitutarum ratione, delinquentibus indulgere, veniam dare, certe concedere ut debitae pecuniae, reddendae tempus differant. Ταῖς συγκταβάσεσι interpretatur Corajus. Cf. et Stephani Diatr. V. p. 17. Sententiam quodammodo illustrant haec ad Nicocl. p. 18, C: τὰς κρίσεις ποιοῦ, περὶ ὧν ἐν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, μηδ' ἐνζυγίας ἀλλήλων, ἀλλ' ἀεὶ τρυτὰ περὶ γε τῶν αὐτῶν γίνωσκε. Wolfius ad haec: „Quando, inquit, „ ut Terentius ait, *judices propter invidiam adimunt divites* „ et ex misericordia addunt pauperi.”

Οὐδ' ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶσιν αὐτοῖς ἀδικεῖν ἐξουσίαν παρῶν. Proposita *impunitatis spe*, quam recte ait Cicero pro Milone 16, *maximam illecebram esse peccandi*. Langius et Corajus ediderunt αὐτοῖς. Sed, me quidem iudice, sententiā postulat αὐτοῖς. Pendent haec ab antecedenti ἐξουσίᾳ, quod dicitur de divitibus, qui pauperioribus pecunias mutuo dabant. Hi videbant, iudices αὐτοῖς, *ipsis*, h. e. pauperibus illis, *nullam praebere fraudandi facultatem* (ἀδικεῖν sive τοῦ ἀδικεῖν ἐξουσίαν). Quomodo? Ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶσιν, *in reliquorum judiciis*, hoc est in aliorum pauperum, si qui forte fidem fregissent, nec debita solvissent, causis ad iudicandas, dum eos, culpa liberarent. Etenim *clementiae*, τῆς ἐπεικείας, erga delinquentes nullus locus erat, ut modo vidimus: sed ipsi iudices reis magis infesti erant, quam ipsi illi qui injuriam acceperant. Atque sic etiam edidit Wolfius, quamquam in Annot. praeferre videtur αὐτοῖς. „Judicia, enim „ inquit, penes pauperes erant Athenis, et quotannis iudices mutabantur. Itaque colludebant inter sese, sicut etiam in



33 In dicendis testimoniis. Unde proverbium δάνεισθν μοσ  
3, μαρτυρίαν." De quo cf. Erasmus in Adag. p. 569.

Ἄλλᾳ μᾶλλον ὀργιζομένους τ. ἂ. ἂ. τ. ἂ. Οἱ ἀποστῆ  
ροῦντες sunt *fraudatores*, qui alios mutua data pecunia  
*fraudent*. Sic occurrit etiam adv. Lochitem p. 393, B. Ὀρ-  
γίζεσθαι propriè dicitur de populo in judiciis. Ad horum  
autem verborum rectam intelligentiam notanda est ratio legum  
Solonis, de quibus potissimum loquitur Isocrates, ita com-  
parata ut laedentem pariter laesi atque illaesi persequerentur.  
Quam ipse optimam civitatis formam pronuntiavit apud Plu-  
tarch. in Sol. p. 88, C. Quo etiam pertinet ipsius dic-  
tum apud Stobaeum Flor. S. XIII. p. 268. Ed. Gesn.  
εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν, ἔφη ὁ Σόλων, περὶ πολιτείας ἀκού-  
σαι, δοκεῖ μοι πόλις ἄριστα πράττειν, καὶ μάλιστα σώ-  
ζειν δημοκρατίαν, ἐν ἣ τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος  
οὐδὲν ἤττον οἱ μὴ ἀδικηθέντες προβάλλονται καὶ κολάζου-  
σιν. laudatum Meursio in Solone C. XXIX, et de quo  
plura dedit Cl. Wyttenbachius in animadversione ad Plu-  
tarchi Conviv. Sap. p. 154, D. Hinc item explicanda  
videntur Lysiae haec Pro Callia p. 55: Ἄξιον δὲ μοι δοκεῖ  
εἶναι, οὐ τούτων ἴδιον ἡγεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ κοινῶς  
ἅπαντων τῶν ἐν τῇ πόλει.

Καὶ νομίζοντας — κατασταθήσεσθαι. Cum Demosthene  
in Ptoemionem (locus est in fine Orat. Ed. Min. Vol. IV.  
p. 19.) comparavit Valesius Emend. IV, 4. Quod attinet  
ad verba ἢν παύσωνται προσποιούμενοι, non dubito quin  
supervacanea sit Coraji conjectura προσποριζόμενοι, et  
προσποιεῖσθαι hic recte interpretatus fuerit Wolfius in Ann.  
augere opes mutuo danda pecunia, aut clientelis asciscendis  
rem familiarem amplificare, allato loco quodam Pausaniae,  
quamquam eodem modo ac h. l. me alibi legero non memini.  
Cf. tamen Thucyd. II, 33, 85, ibique Schol. Herodotus  
VI, 66. ibique Valcken. item IX, 36. Itaque non capio,



cur miretur Corajus, Harpocratonem in voce: Προσεποιήσαντο, ἀντὶ τοῦ Ἀντεποιήσαντο, Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Νικοδήμῳ. Οὐδεὶς πώποτε προσεποιήσατο, οὐδ' ἠμφισβήτησε τῆς κληρονομίας ἐκείνων (ἐκείνω editur de Pyrrhi haered. init. p. 372): nullam fecisse hujus Isocrateae significationis mentionem. Neque enim prorsus eadem est, ac in loco Isaei, ubi designat *injustum conatum haereditatem sibi vindicandi*, uti et sequens ἠμφισβήτησε declarat: quod secus est nostro loco, ubi de *justo ac debito fœnore agitur*. — Cetertum ἀποστερήσεσθαι est futurum medium pro passivo ἀποστερηθήσεσθαι, quod frequens est apud Atticos. Vid. Piersonus ad Moeriu p. 13, 367 et 21. Hemsterhusius ad Thomam Mag. p. 852. Valckenaerius ad Theocritum Id. I, 26. Sic ap. Thucyd. VI, 91: est ἀποστερήσονται pro ἀποστερηθήσονται. V, 56: ἀδικήσεσθαι pro ἀδικηθήσεσθαι. Paneg. p. 80, C: ἀπαλλαγῆσονται pro ἀπαλλαγθήσονται. Quapropter haud ineptia est Coraji suspicio, pro eo quod sequitur κατασταθήσεσθαι [restituendum esse καταστήσεσθαι, praesertim cum id etiam alibi exstet in Archid. C. XXXII. sive p 132, A.

Ἀποκρύπτεσθαι. h. l. *sibi reservare, in suum usum abscondere*, ex vi verbi medii, quam recte ostendit Corajus. Eodem sensu eademque de re verbum occurrit apud Isaeum De Apollod. haered. p. 498: τί χρῆ τὸν μέτριον πολίτην; οὐκ, εἰ μὲν ἕτεροι τὰ μὴ προσήκοντ' ἐβιάζοντο λαμβάνειν, τούτων μηδὲν ποιεῖν, τὰ δ' ἑαυτοῦ μόνον πειρᾶσθαι σώζειν; οὐδ' εἰ (forte rectius legatur οὐκ, εἰ) πόλις δεῖται χρημάτων, ἐν πρώτοις εἰσφέρειν καὶ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ὄντων; Antiquitus, et adhuc puero Isocrate, divitiae magno honori erant Athenis, ita ut quisque se ditiozem, quam revera esset, simularet: postea periculo, ob sycophantarum calumnias, ut cogerentur opes dissimulare, ἀποκρύπτεσθαι. Qua de re classicus est locus περὶ τῆς ἀντ. Ed. Or. p. 84, 85.

Τα



Τὰ ὀφέτερον αὐτῶν ἐνεργὰ καθ. scil. χρήματα, vel et κτήματα. Sunt autem κτήματα ἐνεργὰ pecuniae, quae foenora dant, quaestuosae, dicta etiam κάρπιμα, quibus opposita sunt κτήματα ἄκαρπα ap. Aristot. Rhet I, 9, 34.

Αἱ μὲν γὰρ κτήσεις — αἱ δὲ χρήσεις — πολιτῶν. Pro ὅτι-αἱ μὲν κτ. ut supra monuimus. Earumdem vocum oppositio est in praecepto ad Dem. C. IV. Ed. Coraji p. 6. Steph. 8, A: πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατὰσκευάζειν· ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς κτᾶσθαι δυναμένοις, uti recte edidit Corajus pro vulgari χρῆσθαι δυν. et hunc locum cum simili Aristot. Rhet. I, 5, 19 — 21. contulit: quem cum nostro etiam contulisse, operae pretium fuerit. Idem Aristot. Polit. II, 3. postquam dixisset apud Lacedaemonios omnia communi usui patere, addit: φανερόν τοίνυν, ὅτι βέλτιον, εἶναι μὲν ἰδίαις τὰς κτήσεις, τῇ δὲ χρῆσει ποιεῖν κοινάς. Comparetur egregius locus Teletis apud Stobaeum p. 522. et sq. Item Cicero Ep. ad Div. VII, 29. Plutarch. Sol. p. 90, A. Xenophon. de Laced. Rep. p. 682, E. Quod ad rem ipsam attinet, notissimum habemus Cimōnis exemplum apud Nepotem in Cim. C. IV. Plutarch. in Pericl. p. 156, B.

C A P. X I I I.

Ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν εἰρηκέναι τι καλῶ τοιοῦτον. Causa enim horum omnium erat in prudenti resp. moderatione, recta aequalitatis notione, caet. de quibus supra Cap. VIII et IX. et passim hic illic dixit.

C A P. X I V.

Ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐν μὲν ταῖς παιδείαις πολλοὺς τοὺς ἐπιστατοῦντας εἶχον. Intelligitur omne genus magistrorum et inspectorum, qui in Atheniensium institutione per-



multi erant, et hoc fere ordine sibi invicem succedebant: παιδαγωγός, παιδοτρίβης (qui corporis habitum et exercitia curabat, τὴν παιδοτριβικὴν, cujus pars erat ἡ γυμναστική), γραμματοδιδάσκαλος, ἁρμονικός, ζωγράφος, προεecedente aetate, ἀριθμητικός, γεωμέτρης, πωλοδάμνης. Mox e pueritia in ephesos egressis, quod fiebat decimo octavo aetatis anno, ut mox videbimus, praeerant κοσμητής, παιδοτρίβης, δπλόμαχος, γυμνασιάρχης. Vid. elegans locus Teletis apud Stobaeum Serm. XCVI, p. 535, 14. Ed. Gesn. eique adhibeatur Plato in Protagora p. 325, C — 326, D. item Isocrates περὶ ἀντ. Ed. Orell. p. 91. Aristophanes in Nubb. 958 — 980. Aeschines Socraticus in Axiocho Cap. VII et VIII. Qui cum ejus rei curam Areopago tribuat, quod et mox Isocrates facit, ejus verba adscribamus: ἑπόταν δὲ (τὸ βρέφος, de puero loquitur) εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται, πολλοὺς πόνους διαντλήσαν, καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· αὐξομένου δὲ κριτικὸὶ γεωμέτραι, τακτικοὶ, πολὺ πλῆθος δεσποτῶν. ἐπειδὴν δὲ εἰς τοὺς ἑφύβους ἐγγραφεῖ, καὶ φόβος χείρων εἶη, τὸ Λυκεῖον, καὶ Ἀκαδημία, καὶ γυμνασιαρχία, καὶ ῥάβδοι, καὶ κακῶν ἀμετρίαι· καὶ πᾶς ὁ τοῦ μεираκίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστῶν, καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήσ. Sophronistae ejusmodi decem erant Athenis, ex singulis tribubus, notantibus Etymologo in voce, et distinctius Grammatico Bekkeri V. I. p. 301: Σωφρονισταὶ· ἄρχοντές τινες χειροτονητοὶ, δέκα τὸν ἄριθμόν. ἐκάστης φυλῆς εἷς. ἐπεμελοῦντο δὲ τῆς σωφροσύνης τῶν ἑφύβων, μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως λαμβάνοντες ἕκαστος καθ' ἡμέραν δραχμὴν. Idem dicebantur κοσμηταί. Cf. Meursius Lect. Att. II, 5. p. 65. Pollux VIII, 138. ibique Hemsterb. quem corrigit Boeckh. de Oecon. Civ. Ath. V. I. p. 256. in nota. Petitus de Legg. Att. p. 384. Universe non ingenij tantum, sed multo etiam magis moorum



ratio habebatur in liberorum institutione. Multa loca laudantur in Annot. ad Creuzeri Orat. de Civitate Athenarum omnis humanitatis parente p. 57. Ad totum hunc locum pertinent verba Dionysii Hal. qui ait, veteres Athenienses πλείω τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοῖς πατέρας τῶν υἱῶν ἀνδρῶν γενομένων ἢ παιδῶν ὄντων ἐποιούνο· ἐνθυμούμενους ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας, ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ κοινόν. E quibus nos quidem majus praesidium pro lectione παιδείας, quam pro altera παιδείας, peti posse putamus. Nec tamen illud cum Laegio restituendum Dionysio. Hic enim Isocrateum παιδείας explicuit verbis παιδῶν ὄντων, unde sequitur ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας positum esse pro ἐκ τῆς τῶν παιδῶν παιδείας seu ἀγωγῆς, e puerorum institutione, cui opponitur ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης h. e. τῶν ἀνδρῶν, cum severa disciplina cives virilis aetatis in officio retinentur. De simili Lycurgi instituto apud Spartanos refert Xenophon de Rep. Laced. p. 678, E, εἰ.

Ἐπειδὴ δ' εἰς ἀνδρας δοκιμασθεῖεν, postquam virilem aetatem consecuti essent. Significatur omne illud aetatis tempus quod pueritiam sequitur. Illustratur loco ex Aeginet. p. 386, C: ubi opponuntur ἕως μὲν γὰρ παῖδες ἡμεῖς et ἔπειδὴ δ' ἀνδρες ἐγενόμεθα. Idemque est, quod in Panath. p. 277, B. de Lacedaemoniorum pueris (παισὶ) dicit: ἔπειδ' ἂν δ' εἰς ἀνδρας συντελεῶσιν. Ibid. p. 238, C. ἀπὸ τῶν νεωτέρων distinguit τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς εἰς ἀνδρας δεδοκιμασμένους, virilis aetatis homines. Idem simplici verbo dicitur δοκιμάζεσθαι, et in primis de iis adhibetur, qui in suam tutelam veniunt, a tutoribus liberati, ut opponitur τῷ ἐπιτροπευθῆναι. Sic de Bigis p. 352, B. de Alcibiade legimus: ἐπετροπεύθη δ' ὑπὸ Περικλέους — δοκιμασθεῖς δὲ κ. τ. λ. de quo loco cf. Budaeni in Comm. L. Gr. p. 67. Lysias adv. Diagit. p. 337: ἔπειδὴ δεδοκίμασαι καὶ ἀνήρ





ἄνθρωπος γεγένησται. Isaeus de Astyph. hered. p. 541. Harpocr. δοκιμασθεῖς, ἀντὶ τοῦ εἰς ἀνδρας ἐγγραφεῖς, ad quem plura dedit. Valesius p. 22. Ὀρφανούς δοκιμάσαι dixit Xenophon de Rep. Ath. p. 699, D. Id autem Athenis ita fiebat, ut eorum nomina inscriberentur tabulae, quae dicebatur ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, cujus mentio est ap. Isocr. de Pace p. 176, D. cf. etiam Harpocr. in v. idque fiebat vicesimo aetatis anno, postquam inde a duodevicesimo anno dicti essent ἔφηβοι. Vid. Pollux VIII, 104 et 105. Exemplum ejusmodi adolescentis, qualem hic delineat Isocrates, habemus apud Terentium Andr. Act. I. Sc. I. v. 24. sqq. I

*Nam is postquam excessit ex ephebis, Sōsia,  
Liberius vivendi fuit potestas: nām anted,  
Qui scire posses, aut ingenium nocere,  
Dum aetas, metus, magister prohibebant?*

Quod jam Wolfius notaverat. Ἐν αὐταῖς ταῖς ἀκμαῖς, in ipso aetatis flore, vigore.

Eodem sensu voce ἀκμῇ utitur in Orat. ad Philippum p. 84.

C: εἰδὼς τὸν λόγον τοῦτον οὐ τῆς ἐμῆς ἡλικίας δεόμενον. (jam senex scribebat Isocrates), ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος; cujus loci ultima verba respexit Aristot.

Rhet. III, 11, 2. Valcken. margini adscripsit: Ep. So-

crat. p. 61, 2. Item in Euag. p. 204, A. et in Ep. ad

Jasonis liberos p. 418, D. Hinc verbum ἀκμάζειν, ejusque

oppositum παρακμάζειν, quibus utitur Xenoph. Mem.

IV, 4, 23.

Οὕτω γὰρ — εὐκοσμίας. Idem Cap. XVI. dicitur κωρίαν ἐποίησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας. Quod sequitur ἦς, referendum ad βουλὴν, non ad εὐκοσμίας.

Τοῖς καλῶς γεγονόσι, bene natis. Cf. Steph. Diatr. V. p. 18. Recte Wolfius, nobilitatem istam, more Attico, intelligendam dicit, ut utroque parente cive natus sit, ἔξ



ἀστοῦ καὶ ἀστῆς, ut ex legitimo conjugio et parentibus, non infamibus, procreatus.

Ὡστε πάντων αὐτῆν — συνεδρίων. De Areopagi prae omnibus aliis judiciis praestantia, justitia, gravitate, plura sunt veterum scriptorum loca. Lysias adv. Andoc. p. 63. vocat σεμνότατον καὶ δικαιοτάτον δικαστήριον. Lycurgus adv. Leocr. p. 211: κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἀλισκομένοις δίκαιαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. Aristides Panath. p. 15, E: οὐ γὰρ ἔστιν, inquit, ὑπὲρ τῶν Ἀρειῶν πάγον οὐδὲν εὔρεῖν ἢν τις ὑπερβολὴν ζητοίη. p. 91, A. vocat τῶν ἐν τοῖς Ἑλλήσι δικαστηρίων ἐντιμώτατον καὶ ἀγιώτατον. pag. 94, A. μὴ εἶναι dicit καλλίῳ λαβεῖν ἀριστοκρατίας εἰκόνα. Addatur Themistius Or. quomodo Philosopho dicendum sit p. 46. Xenoph. Mem. III, 5, 20. et egregia laudatio Areopagi ap. Demosth. adv. Aristocr. Ed. Min. V. III. p. 25. sq. Alia, de quibus Meursius in Areop. C. IV. Plura de cura honestatis ei mandata vid. ad Cap. XVIII.

## C A P. X V.

Ἀπάντων τῶν περὶ τὴν αἴρεσιν καὶ τὴν δοκιμασίαν ταύτην καθημένων. Locus obscurior, de quo sic Wolfius: „Eos, qui sedent circa delectum et probationem hanc. Verba suspitione mendii non vacant, obscura certe sunt. Puto tamen eam esse sententiam, ut intelligantur designati et delecti, seu asciti in Senatum Areopagiticum, qui, etsi alias improbi, tamen eo in loco munere funguntur, et quasi πηλιγγενεσία quadam immutati, gravitatem et sanctitatem quamdam prae se ferre incipiunt. Si τῶν καθειμένων ἐπὶ τὴν αἴρ. καὶ τ. δοκ. τ. qui demissi sunt ad hanc elec.



*electionem et probationem legatur: intelligerentur et*  
*αἰρεθέντες καὶ δοκιμασθέντες ἀρειοπαγῖται εἶναι ἢ εἰς*  
*ἀρεῖαν πάγον ἀναβῆναι, designati et creati Areopagitae."*  
 De qua conjectura ita disputat Corajus: Καὶ καλῶς ἂν  
 εἶχεν εὖτω γράφειν, εἰ καὶ ἀντὶ τῆς, Περὶ, ἢ, Ἐπὶ,  
 παρελαμβάνετο πρῶτες· ἴν' ἦν, τῶν καθιέντων ἐαυτοῦς  
 ἐπὶ τὴν αἴρεσιν, τουτέστι, τῶν προσερχομένων ἐπὶ τὸ δο-  
 κιμασθῆναι καὶ αἰρεθῆναι Ἀρειοπαγίτας, ἢ τῶν ἐπιεμένων  
 τῆς τιμῆς ταύτης. Langius: „Verto:" inquit, „*quandiu*  
*examinantur et eliguntur seu circa examen et electionem*  
*versantur, cui oppositum est ἀναβῆσιν, electi sunt.*  
*Metaphora est a colle petita, unde collegium illud nomen*  
*τρεῖς, quem qui nondum ascenderunt, i. e. in Senatum*  
*Areopagiticum nondum recepti sunt, vocantur καθήμενοι,*  
*(veluti circa collis radices sedentes,) περὶ τὴν δοκιμα-*  
*σίαν etc., recepti vero ἀναβάντες. Hinc perperam vera-*  
*titur καθήμενοι: designati et delecti. Auger. falso expli-*  
*cat: „αἴρεσις, ordo, collegium; δοκιμασία, tribunal,*  
*quod de moribus judicat."* Orellius ad Orat. περὶ τῆς  
 ἀντ. p. 233 obiter monet, una addita syllaba restituendum  
 esse καθήμενων. — Haec Viri Docti: optionem perito  
 Lectori relinquimus. Nobis tamen hactenus persuasum est,  
 haec verba haud incommode verti posse: *eorum, qui circa*  
*electionem et explorationem hanc versantur, atque intelligi*  
*eos, qui ad munus Areopagitarum adspirant, qui illud*  
*ambiunt, eoque consilio primum eliguntur et explorantur.*  
 Quamquam exemplum similis constructionis verbi καθῆσθαι  
 cum praepositione περὶ, sequente Accusativo, nunc non suc-  
 currit; constat Areopagitas non admissos fuisse nisi praee-  
 dente exploratione, probatione, sive δοκιμασία, qualis  
 in omnibus magistratibus locum habebat, ut supra vidimus.  
 Ἦ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή, inquit Socrates ap. Xenoph. Mem.  
 : III, 5, 20, ἐκ τῶν δεδοκιμασμένων καθίσταται. Quae  
 δε-



δοκιμασία cujus generis esset, colligi potest ex insigni Plutarchi loco in Pericle p. 157, A, referentis Periclem Areopagi non fuisse participem, διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν. αὐταὶ γὰρ αἱ ἀρχαὶ, addit, κληρωταὶ τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνάβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. Cf. idem in Sol. p. 88, D. Nemo ergo, nisi qui ista munera cum laude gesserat, quod ut constaret examine opus erat, admittebatur: quo ipso illustrantur quae modo ante scripsit Isocrates, nemini in eum Senatium admitti licuisse πλὴν τοῖς — πολλὴν ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδειγμένοις, quarum virtutum ostendendarum opportunitate fruebantur per omne illud tempus, quo Archontis munere fungebantur. Porro, quae his e regione opposita verba sequuntur, ἐπειδὴν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβῶσιν, recte vertuntur: *postquam in Areopagi Senatium cooptati, Senatores lecti fuerint*, quo sensu formula ἀναβαίνειν εἰς Ἄρειον πάγον, praeter Plutarchum loco modo laudato, usus est ipse Isocrates in Panath. p. 265, B, metaphora, ut recte Langius monet, a colle petita, quippe situm erat Areopagi tribunal in colle Martis, Ἄρειος πάγος dicto, in quem gradibus adscendebatur, quos hodieque etiam conspicuos esse e Chandleri Itinerario T. II. p. 432. Ed. Gall. refert Corajus. Hinc Areopagus κατ' ἐξοχὴν dicebatur ἢ ἄνω βουλή. Vid. Meursius C. I. in f. et C. VI. Valesius ad Harpocr. p. 68. Grammaticus Bekkeri V. I. p. 253.

Τῆ φύσει χρῆσθαι, *natura uti*, h. e. *naturae pravitatem sequi*, idem quod mox dicitur ταῖς αὐτῶν κακίαις ἐμμένειν. φύσις de quacunque animi affectione, sive bona, sive mala, usurpari videtur. Aelianus V. H. IX, 27. refert, Laconem quemdam graviter lugentem, cum quidam eum increparet, respondisse: οὐ γὰρ ἐγὼ αἴτιος τούτου, & φύσις δὲ μοῦ ἔστ.

R

CAP.



## C A P. X V I.

Τὴν δὲ τοιαύτην, scil. βουλήν. Sequens οἱ autem ad τοὺς προγόνους referendum, qui Cap. XIV. Areopago curam τῆς εὐκοσμίας commisisse dicuntur. Et de his, non de Judicibus Areopagi, sequentia omnia sunt accipienda. Minus recte Corajus ad Areopagitas retulit, pro οἱ — ἐνόμιζον olim ἢ — ἐνόμιζεν scriptum fuisse putans. Quod si vel omnino ad hos referri debeat, ea emendatione non indigemus: βουλήν enim, sequente οἱ, esset constructio κατὰ τὸ σημαίνεμενον, frequens apud Atticos, docente Gregor. de Dial. Att. §. 27 et 29. ubi vid. Koenius. Sed leguntur Capp. sqq. quas omnino de majoribus cogitare jubent, et init. Cap. XVIII. diserte illi distinguuntur ἀπὸ τῆς βουλῆς. Ac si de illis universe intelligatur, eo numero Areopagitas non excludi, res ipsa loquitur. In seqq. adverbio ἐνταῦθα proprie respondere debuisset ὅπου, sed grata quadam orationis negligentia posuit Isocrates παρ' οἷς, quod commode ad antecedens ἀνθρώπους refertur. Ἄγνοεῖν autem idem valet ac ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι, in errore versari, uti recte Corajus et Langius monent.

Ὅμοιους — παρ' ἀλλήλων. Ὅμοιους h. e. ὁμοίως ἀγαθοῦς, aequè bonos. Et singularis animadvertenda vis particulae ἐνεκα, quae hic significat quod attinet ad, quatenus, ut sensus sit: quatenus facile fieri possit, ut alter alterius leges describat. Demosth. Olynth. III. p. 36. id agens ut non facienda, sed et peragenda esse decreta adversus Philipppum, ostendat, πάλαι γὰρ ἂν, inquit, ἐνεκά γε ψηφισμάτων, εἰδεδώκει δίκην, scil. ὁ Φίλιππος.

Ἄλλὰ γὰρ — παιδευθῶσιν. Ubi enim desunt morum probitas et recte agendi voluntas, ibi nihil efficiunt leges. Quod mox latius explicat Noster. Juvat apponere Horatianum Od. III, 24, 35:

*Quid leges sine moribus  
Vanæ proficiunt?*

Cf.



Cf. locus ex Paneg. p. 56, C. mox laudandus. De damno multarum legum multa loca laudavit Abramus ad Cicer. Or. pro Sext. C. XXV.

Ἐμφράγματα γὰρ — ἀναγκάζεσθαι. Est hic locus explicatu paulo difficilior. Pro γίνεσθαι Langius et Corajus e Codd. receperunt τίθεσθαι, solenne de legibus verbum: quomodo si legas, nexus sic constituendus videtur, ut αὐτοῦς, ob antecedens οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν, accipiat pro τοῦς τὴν πόλιν διοικοῦντας, h. e. τοῦς πολιτευομένους<sup>ο</sup> cff. sequentia: et ad hos referatur passivum ἀναγκάζεσθαι: hoc sensu: *ipsos enim* (eos, qui remp. administrant) *si velint obicem ponere malefactis* (ἐμφράγματα ποιουμένους τῶν ἀμαρτημάτων. Simili dictione: ἀπάσας τὰς ὁδοὺς τῶν ἀδικημάτων ἐνέφραξαν<sup>ο</sup> dixit Lycurgus adv. Leocr. p. 185), *multas leges ferre cogi*. Quia, si eo tantum consilio leges ferri debeant, numquam earum condendarum finis adest. Sic solita Isocratea concinnitate sibi respondent ἐμφράγματα ποιεῖσθαι et νόμους τίθεσθαι. Wolfius, legens γίνεσθαι, αὐτοῦς ποιουμένους acceperat pro αὐτῶν ποιουμένων, dum obstructionibus peccata prohibere nituntur. Mihi aliquando videbatur tolli difficultas, si pro αὐτοῦς legatur ἐν τοῦς, sic: *eos enim, qui velint peccata legibus obstruere, eo ipso cogi multas leges ferre*: quod num liceat, videant alii: sensus idem est.

Ὅ τὰς στοῦς ἐμπιπλάναι γραμμάτων, h. e. νόμων, quae mox ψηφίσματα dicuntur. Leges apud Athenienses descriptas in tabulis, in publicis locis suspensas fuisse, recte monet Wolfius: cf. Plutarch. in Sol. p. 92, A, B. Sequenti dictione ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον utitur item Xenophon Sympos. p. 881, B.

Καὶ τοῦς μὲν κακῶς — ἐβελήσειν ἐμμένειν. Ratio nunc reddenda receptae lectionis ἀπλῶς. Dicit Isocrates, homines male institutos, τοῦς κακῶς τετραμμένους, vel εἰλιγον.



gentissime scriptas, vel optimas leges migrare, τοὺς ἀκριβῆς τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους, idem fere ac si dixisset τοὺς καλῆς κειμένους νόμους: eos contra, qui caute et prudenter, h. e. bene instituti sunt, τοὺς ἀσφαλῶς πεπαιδευμένους, eosdem ac τοὺς καλῆς τετραμμένους, etiam bonis legibus, τοῖς καλῶς κειμένοις, obedire solere; id enim θέλειν hic videtur significare: cff. Pierson. ad Moe-rio p. 382. et D'Arnaud Anim. Crit. p. 168. Non recte sibi invicem respondere opposita, quivis facile sentiet: Quis enim dubitet, quin, si homo male institutus nequeat bonis legibus coerceri, at certe bene institutus iis obtemperare velit. Jam sensit hoc Wolfius, qui propterea pro τοῖς καλῆς κειμένοις, emendari voluit τοῖς κακῶς κειμένοις. Quam conjecturam in textum receperunt Langius et Corajus; ille, „ ut constet, inquit, oppositio, et insignis „ obedientia designetur, qualem Sophocles postulat, quum „ inquit in Antig. 666: ἐν πῶλις στήσειε, τοῦδε χρῆ „ κλβεῖν.— καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τᾶναντία.” Eadem fere jam Wolfius notaverat. Omnia sane, si ita legatur, e regione opposita sunt. At, ne dicam e sola conjectura natam esse lectionem, quaenam inde sententia nascitur? Ut e prava institutione procedat vel optimarum legum migratio, sic bonam institutionem efficere ut homines malis legibus obedire velint. Quis hanc sententiam universe probet, aut Athenis umquam usu probatam fuisse censeat? Equidem nihil in ea egregii video. Quod porro ad Sophoclem attinet, sunt ista verba Creontis tyranni, qui quo paternam et regiam auctoritatem tneatur, filiumque Haemonem a nuptiis Antigones, quam jure sese mortis supplicio affecturum contendebat, avocet, filium ita alloquitur, et mox vs. 668. sqq. ab ista sententia in exornandum locum de gravissimo ἀναρχίας damno incidit, ut sensus universe hoc fere redeat: *praestat injusti imperantis*

le.



*legibus parere, quam nullis.* Quae sententia parum similitudinis cum Isocratea nostra habet. Neque loca Platonis in Critone p. 51. et Aristotelis Polit. IV, 8. a Corajo allata huc pertinent. Si igitur neque καλῶς, neque κακῶς legi potest, quaerenda est lectio duobus hisce extremis media velut interjacens: atque hanc nobis suppeditat Codex L. B. ἀπλῶς: qua assumpta omnia bene procedunt, veteres Athenienses cum maxime decent, et cum Isocratis consuetudine conveniunt. Sensus erit; *Ut homines bene instituti vel accuratissime scriptas leges migrant, sic bene instituti facile iis obtemperant, quae non tanta diligentia, sed simplici via ac ratione scriptae, neque malae, neque bonae sunt, non ita aliis praestantia sua antecellunt.* Sensisse ita veteres Athenienses, ostendunt quae in Paneg. p. 56, C. de iis legimus: τοὺς νόμους ἐσκόπου ὅπως ἀκριβῶς καὶ καλῶς ἔξουσιν, οὐχ οὕτω τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, ὡς τοὺς περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων· ἠπίσταντο γὰρ, ὅτι τοῖς καλοῖς καγαβοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεήσει πολλῶν γραμμάτων, ἀλλ' ἀπ' ὀλίγων συνθημάτων βραδύως καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν κοινῶν ὁμοιοῦσιν· quem locum respicit Dionys. Hal. cum in vita Isocr. p. 96, II. de Atheniensibus e Panegyrico refert: ἐσκόπου δὲ οὐχ ὅπως οἱ νόμοι καλῶς καὶ ἀκριβῶς αὐτοῖς ἔξουσιν, ἀλλ' ὡς ἡ τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων μετριότης μηδὲν ἐκβήσεται τῶν πατρίων. Denique solet Isocrates voces ἀκριβῶς et ἀπλῶς opponere: veluti ad Philipp. p. 91, C: μήτε παντάπασιν ἀπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς. Paneg. p. 43, B: τὸν δὲ ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν (modò memoraverat λόγους λίαν ἀπηκριβωμένους) ἀπλῶς οὐκ ἐν μὴ δυνάμενον εἰπεῖν· quod et Stephanus in Thes. animadvertit, dicens his locis ἀπλῶς posse etiam exponi *inelaborate*, praesertim quum alibi (Init. Panath.) ἀπλῶς εἰρησθαι dicat, ἢ μηδεμίαν κοσμιότητος μετέχει. Recte quidem:





et sic ipse Isocrates explicat in Or. ad Phil. p. 87, B, ubi de suo ad Philippum λόγῳ ita scribit: εὐδὲ γὰρ ταῖς περὶ τῆν λέξιν εὐρυμίαις καὶ ποικιλίαις κεκοσμημένοι αὐτὸν, αἷς αὐτὸς τε νεώτερος ἔν ἐχρίμεν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέδειξα, δι' ἔν τοῖς λόγοις ἡδίστους ἢ ἅμα καὶ πιστοτέρους ποιῶν· ἔν εὐδὲν ἔτι δύναμαι εἰς τὴν ἡλικίαν, ἀλλ' ἀπέχρη μὲι τοσούτοι, ἢν αὐτὰς τὰς πράξεις ἀπλῶς δύνηται διελεῖν. Ἡουχίαν ἀπλῶς ἄγειν, sive malevolentiae impreciorum dixit Demosth. pro Cor. p. 328. init. Isocratis locum Tourpius adhibuit ad emendandum Longinum p. T. XLIV, 7.

Ὁὐ τοῦτο πρῶτον ἔσθ. — ἁμαρτάνειν. Οἱ ἁκοσμεῖντες, uti et Cap. XVIII. idem valet ac οἱ ἁμαρτάνοντες, i. e. qui negligunt τὴν εὐκοσμίαν et εὐταξίαν, de qua supra dixerat Capp. XIV et XVI. Sic etiam legitur init. Cap. XVIII. Haec et antecedentia ἀλλὰ γὰρ οὐκ — ἐπιταδευμάτων respiciuntur a Dionysio Hal. l. l. in Introd. p. 54. Sunt autem et haec illustranda ex indole Legum Solonis, ea ut cives sponte sua a peccando arcerentur, et ad recte vivendum agendumque excitarentur. Quod manifestum fit ex dicto Solonis, qui, cum eum Anacharsis irrideret, ac si putaret, posse legibus cohiberi injustitias et pravas cupiditates civium respondit: ἔτι καὶ συνθήκας ἄνθρωποι φυλάττουσιν, ἅς εὐδετέρον λυσιτελεῖς ἔστι παραβαίνειν τῶν θεμένων· καὶ τοῖς νόμοις αὐτὸς εὐτὸς ἀμύξεται τοῖς πολλοῖς, ὥστε πᾶσι τοῦ παρανομεῖν βέλτερον ἐπιδειξῆαι τὸ δικαιοπραγεῖν. Ut refert Plutarchus in Solone p. 81, A. Huc referti possunt quae in Mitylenaeorum causa de sociis in officio retinendis suadet Diodorus apud Thucyd. III, 46: χεῖρ δὲ τοῖς ἐλευθέροις οὐκ ἀφισταμένους σφῆδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὶν ἀποστῆναι σφῆδρα φυλάσσειν, καὶ προκαταλαμβάνειν ἕως μὴδ' εἰς ἐπίνομον ποῦσιν ἴμοι, κρατήσαντάς τε ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν ἀγρίαν ἐπιφέρειν. Cf. etiam Lycurgus adv. Leocr. p. 180.



Similis erat Persarum Legislatio, de qua Xenophon Cyrop. I, 2, §. 2 et 3.

Τιμωρίας. Τιμωρίαι apte hic tribuuntur τοῖς ἐχθροῖς, quippe vindicandae legis et punientis causa infliguntur, κλάσις contra et κολάζειν spectant emendationem peccantis. Vid. Cl. Wyttenb. ad Sel. Hist. p. 372. et 452. Notanda haec differentia, ut appareat, quam diligens fuerit Isocrates in verborum delectu, nec tamen nimis h. l. premenda.

C A P. X V I I.

Ἐώρων γὰρ τοὺς τηλικούτους — ἐπιθυμιῶν. Eadem de juventutis indole fuit Lycurgi sententia ap. Xenoph. de Rep. Laced. p. 679, A. Wolfius attulit versum Homericum. Il. Γ, 108.

Αἰεὶ δ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν Φρένες κερέθονται.

Ταραχιδέστατα διακεῖσθαι significat turbulentissimis animi perturbationibus agitari. Hinc in Panath. p. 280, D, mentio fit μείζονος Φρονήματος, quam senem deceat, et ταραχῆς μειρακείῳδους. — Γέμειν proprie de πανίβας operatῆς dicitur, deinde ad alia transfertur, praesertim in malam partem. Gramm. apud Bekkerum V. I. p. 86: Γέμειν τὴν ναῦν μόνον φασὶ δεῖν λέγειν, τὰ δ' ἄλλὰ μεστὰ λέγειν, ἐλέγχει δ' αὐτοῦς Εὐβουλος Εἰρήνη. Alius περὶ συντάξεως p. 131: Γέμω· γενικῆ· Δίωνος ἐνδεκάτη βιβλίῳ· „οἱ δὲ Κερκηδόνιοι, τὰς ναῦς αὐτῶν ἀναπλευούσας οἴκαδε τηρήσαντες, συχνὰς χρημάτων γεμούσας εἶλον.” καὶ Ἰσοκράτης· γεμούσας πονηρῶν ἐπιθυμιῶν. Scribe γεμούσαις uti est in loco de Pace p. 167, C, quem respexit. Sic γέμειν ἁμαρτημάτων Panath. p. 238, E. vid. et p. 233, A. ubi praecedat μέστος, et infra hujus Orationis Cap. XX. Nonnunquam tamen et bono sensu dicitur: ad Phil. p. 104, C: ὄρω μὲν τόπον ἴδιον — πολλῶν μὲν ἐπαίνων καὶ καλῶν πράξεων γέμοντα. Vid. et Panath. init. p. 233, A.



Πόνους ἡδονὰς ἔχουσιν. Notissimus est Epicharmi vers-  
 culus ap. Xenoph. Mem. II, 1, 20. Vid. et Hist. Gr.  
 IV. p. 582, E: ἐκ τῶν πόνων καὶ τὰ μαλακὰ γίνεται.  
 Et cf. Lucianus Rhet. Praec. T. II. p. 714. Ed. Basil. Ex  
 Isocrate notetur locus ad Dem. p. 12, B: τὸ περὶ τὴν ἀρετὴν  
 φιλοσοφεῖν καὶ σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον οἰκονομεῖν, ἀεὶ  
 τὰς τέρψεις εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιότερας ἀποδίδωσι. Hinc  
 manifestum, quales labores intelligat Isocrates. Cf. et Euag.  
 p. 197, B. et 198, A.

Τοὺς μὲν γὰρ — ἔτρεπον. Cff. quae Cap. XII. dixit.

Τὰς μὲν ἀπορίας διὰ τὰς ἀργίας, τὰς δὲ κακουργίας διὰ  
 τὰς ἀπορίας. Elegans in his est gradatio. Ad ultima illa  
 τὰς δὲ κ. δ. τ. ἀπ. cui non in mentem veniat Horatianum  
 illud Od. III, 24, 44:

*Magnum pauperies opprobrium iubet  
 Quidvis et facere et pati,  
 Virtutisque viam deserit arduae.*

Et ipse Isocrates legatur in Paneg. p. 77, A. cf. et Xe-  
 noph. de Ath. Rep. p. 692. B.

Ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν. Hoc est τὴν  
 ἀργίαν, quae hic dicitur ἀρχὴ τῶν κακῶν, i. e. τῶν ἀποριῶν  
 omnis infelicitatis, nam de malefactis mox dicitur. Hanc  
 autem sustulerunt Athenienses lata lege adversus ἀργίαν, de  
 qua Plutarchus in Solone p. 87, E. Diog. Laërt. I, 55.  
 VII, 168. Eam ab Aegyptiis desumpsisse Solonem tradit  
 Herodotus II, 177, sed Draconi potius auctori tribuendam  
 esse monet Valcken. in annot. Pisistratum auctorem facit  
 Plutarchus p. 96, D. Plura vid. cum apud eum, tum apud  
 Meursium in Sol. C. XVII. Engelbronnerum in Annot.  
 ad Orat. de Incr. quod bellorum Calamitas bonarum artium  
 studiis affert, p. 41. auctoresque ibi laudatos. Similis lex  
 fuit Sardis, referente Aeliano V. H. IV, 1.

Τοὺς



Τὸ δὲ βίον ἱκανὸν ἔκετ. — διατρίβειν. Ditiorem liberos potissimum in scholas ventitavisse, nec nisi sero eas reliquisse, diserte Plato notavit in Protag. p. 326, C. Ceterum de iis, quae h. l. memorantur, res satis aperta est; cum aliunde, tum ex iis quae init. Cap. XIV. notavimus. Duo hic distinguuntur exercitiorum genera: alterum corporis, ἡ ἰππικὴ, τὰ γυμνάσια καὶ τὰ κνηγέσια: animi alterum, ἡ φιλοσοφία. Sic ipse Isocrates distinxit insigni loco Orat. de Perm. p. 91. Ed. Orell. Legum Solonis circa educationem e complurium scriptorum locis summam hanc confecit Petrus de Legg. Att. p. 239: ut omnes natare et literas discerent: ut tenuioris sortis pueri vel agriculturae, vel mercaturae, vel opificio cuidam operam darent; honestiores et locupletiores musicam tractare et equitare discerent; tum et gymnasiis, venationi, et postremum philosophiae studerent. Tria priora illa ad fortitudinem in bello referebantur, ut scite Wolfius monuit. De *Equitatione et Venatione* constat e libellis Xenophonteis. Illius studium praecipue cernebatur in quadrigis alendis, quae cūtrui jungerentur, et publicis certaminibus, v. c. Olympicis, destinarentur, ut constat Alcibiadis exemplo ap. Plutarch. p. 196, B. et Isocr. de Bigis p. 353, C. De Venatione vid. et Pollux L. V. initio. *Gymnasia* sive *palabrae* erant Athenis tria, Lyceum, Academia, Cynosarges: cf. Fabri Agonisticon I, 17, p. 118. in nota: in quibus quatenam exercitii genera obtinerent, docet Antiquitatis doctrina, et dedita opera pertractavit Hier. Mercurialis de Arte Gymnastica. Vid. et Faber. I, 5, 6. Nonnulla notavit Doct. Willetus ad Galeni Protrept. p. 77, 78. *Γυμνάσια καὶ κνηγέσια* conjunxit etiam Lesbonax. Orat. Kortat. p. 218. *Philosophiae* nomine intelligitur omnis liberalis doctrina, quae animi cultum spectat, melioresque cives facit, potissimum dicendi ars. Id ipse Isocrates significat loco citato, late de philosophia dis-



putans p. 88—95. Nam quae postea κατ' ἐξοχὴν Philosophorum Scholae Athenis fuerunt, antiqua illa aetate, quae Solonem et Clisthenem proxime consecuta est, nondum erant. Ea res Socratis demum et Periclis aetate invaluit, qui uterque Anaxagoram audierunt, hic etiam Zeaonem Eleatem. Cf. Plutarch. in Pericle p. 154, A, B. Ceterum de voce φιλοσοφία conferri potest Morus ad Paneg. C. I. nota s. et C. XIII. not. a.

## C A P. X V I I I.

Καὶ ταῦτ' — ὀλιγέρων. Contrarium in aequalibus apertius increpat de Pace p. 169, C: πλείστους δὲ τιθέμενοι νόμους, οὕτως ὀλίγων αὐτῶν φροντίζομεν (ἐν γὰρ ἀκούσαντες γνώσεσθε καὶ περὶ τῶν ἄλλων), ἕστε ἐνάτου τῆς ζημίας ἐπικειμένης ἦν τις ἄλλῃ δεκάζων, τοὺς τοῦτο φανερώτατα ποιῶντας στρατηγῶς χειροτονῶμεν, κ. τ. λ. Bonae civitatis esse, curare ut leges rite observentur, eleganter docet Xenoph. Oecon. p. 845, E.

Διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας τὴν δὲ χώραν κατὰ δήμους, ἐθεώρουν τὸν βίον τὸν ἐκάστου, κ. τ. λ. De divisione Atticae in populos, δήμους, nemo dubitat, satisque plana sunt omnia e Meursii libello de hoc argumento, cui adjungantur Excerpta ex J. Sponii Itinerario de Pagis Atticis, subjecta illius Theseo: ut videatur significari institutio τῶν δημάρχων, quorum erat scum quemque δῆμον convocare, in suffragia mittere, censum agere ad tributum definiendum, privatorum debitorum exactionem instituere, caetera. Vid. Schol. Aristoph. ad Nubes, vs. 37. Pollux VIII, 108. Bekkeri Anecd. V. I. p. 237. Etymologus et Harpocr. in ν. δῆμαρχος et οὐκραιικά. Sed urbis In κώμας distributio interpretes vexavit, e quibus Wolfium Φυλάς legendum, Langium vocabula transponenda censuis.



uisse monuimus. Ut univērsa regio Attica suos δήμους, sic ipsa Athenarum urbs suas κώμας habuit, a Theseo ita in unum congregatas, ut, sublatis singularum conciliis, unum omnium esset commune βουλευτήριον, communia iudicia, Athenis. Res satis nota e loco classico Thucydidi II, 15. Cff. et Plutarch. in Theseo p. 10, E, et sq. et Isocrates ipse in Hel. p. 214, E. Hinc forte res explicanda erit, si quidem Areopagus erat omnium supremum tribunal. Ceterum quid statuendum sit, aut de Sulda in v. Κωμῶδων ἐνίοι τοὺς ἐν τῇ πόλει δήμους κώμας φασὶ πρὸς ἀγορεύεσθαι: aut de Grammatico Bekkeri V. I. p. 274: Κώμαι τὰ μέρη τῆς πόλεως ἢ τὰς ἀκροπόλεις: aut de ipso Meursio, hujus Isocratei loci auctoritate docente; *utramque partem (urbem et Piraeum) in κώμας suas distributam fuisse, ut in δήμους τὴν αὐτὴν regionem*, de Fort. Athen. C. II. in Gronov. Thes. T. V. p. 1693. doctiorum iudicio relinquimus.

Ἐλευθέρουν τὸν βίον τὸν ἐκάστου — ἐκβάλλεν. Valerius Maximus II, 6: *Est et ejusdem urbis sanctissimum consilium, Areopagus; ubi quid quisque ageret, aut quonam quaestu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat: ut homines honestatem, vitae rationem memores reddendam esse, sequerentur.* Athenaeus VI. p. 168, A: ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους μὴ ἐκ τίνος περιουσίας ζῶντας τὸ παλαιὸν ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγῖται, καὶ ἐκόλλαν, ἰστορήσαν Φανόδημος καὶ Φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. Plutarch. in Sol. p. 88, D. ἐτ' ὅ, E. Exemplum habemus Cleuthis, apud Diogenem Laertium VII. Demetrii, apud Athen. l. c. Vid. Meursius in Areop. C. IX. — Ἄγειν εἰς τὴν βουλήν rarius esse pro εἰσάγειν, observat Orellius ad Or. π. ἀντ. p. 208. Animadvertatur item elegans gradatio verborum νοθεύειν, ἀμολοῦν, ἀπειλεῖν, μινᾶν, κολάζειν, castigare: quae tria in.



inverso ordine conjunxit etiam Plato in Phaedone p. 61. Ed. Wyttenb.

Ἡπίσταντο γὰρ — κακοηθείας, *Duae*, ex illorum sententia, erant *rationes*, quae homines ad male agendum excitarent: *duae* item, quae eos a peccando avocarent. Illae existunt, ubi negligitur omnis cum φυλακῇ, h. e. diligens cura, qua cavetur, ne cui male agendi aut voluntas aut opportunitas praebetur, *τὴν ζημίαν τῶν τοιούτων* et κρίσεις ἀκριβεῖς, h. e. ubi malefactoribus nulla poena constituta est, neque aequum et legitimum de malefactis iudicium habetur; id enim est κρίσις ἀκριβῆς, h. e. quae fiat non πρὸς χάριν, πρὸς ἐπιείκειαν, sed κατὰ τὸν νόμον. Cf. supra Cap. XII. *Haec* contra ibi adsunt, ubi adest cum φυλακῇ, qua fiat, ut malefactoribus latere difficile sit, *τὴν ζημίαν καὶ κρίσεις ἀκριβῆς*, ita ut, si quando scelus commissum in lucem veniat, nulla venia peccanti exspectanda sit. Illae vitia fovant, *haec* virtutes excitant. Ita explicandus hic locus, atque si ita explicetur facile intelligitur, quid statuendum sit, de conjectura H. Rooyards in Diss. saepius laudata p. 50, pro ἀδικίας legendum esse ἀρετᾶς. Haec universe. — Ἐξιτήλους γίνεσθαι, proprie *evanidas fieri, evanescere*, Vox ἐξιτήλος occurrit etiam in Or. ad Philipp. p. 94, B. frequens in primis Herodoto, composita ab ἐξιτέω, frequentativo ab ἐξείμι, *exeo*, et terminatione ηλος, uti docet Cl. Wyttenbachius ad Sel. Pr. Hist. p. 340. Ineptissima itaque Grammatici annotatio ap. Bekkerum V. I. p. 252: Ἐξιτήλους ἀφανεῖς, ἀπὸ τοῦ ἔξω εἶναι τοῦ δόλου, qui utrum nostrum locum in animo habuerit, nec ne, non statuimus. Metaphoram a coloribus evanescentibus ductam esse censet Corajus. Porro laudanda Isocratis diligentia in usu particularum μὲν et δὲ, quae accuratissime h. l. sibi respondent: κατ' οἷς ΜΕΝ — παρὰ τοῦτοις μὲν — ὅπου ΔΕ — ἐνταῦθα δὲ. Eadem cernitur in loco de Pace p. 170, C: οἷς ΜΕΝ



ΜΕΝ γὰρ περὶ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρώμεθα, τοῦ-  
τους μὲν — οἷς Δ' οὐδεὶς ἄν — συμβουλευσαίτο, τοῦ-  
τους δὲ αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν: uti et in locis Xeno-  
phonteis Oecon. p. 828, D: Hieron. p. 915, E. Insignem  
vim habet ista particularum repetitio, quod de simplici δὲ  
compluribus exemplis docuit in eodem Opere Wyttenbachius  
p. 409 et 456. Notentur ex Isocrate Paneg. Cap. XXVII  
et XLVII. (quibus locis Morus corrigere voluit δὴ aut γέ)  
Busir. p. 221, E: 226, B: Panath. p. 260, D: contra  
Soph. p. 294, D: adv. Callim. p. 382, B. Addantur Herodotus  
VI, 16, 54. Plato Phaedon. p. 41 et 91. Ed. Wyttenb.

“Ἀπερ ἐκεῖνοι γινώσκ. — καὶ ταῖς τιμωρίαις καὶ ταῖς ἐπι-  
μελείαις, h. e. τῇ ζημίᾳ καὶ ἀκριβεῖ κρίσει, καὶ τῇ φυλακῇ  
uti modo dixerat. Poena maleficiis, honore recte factis  
proposito, cives a Solone a vitiis avocabantur, ad virtutem  
impellebantur. Notante Stobaeo Serm. XLI. p. 247, 248  
Ἐδῶν ἐκείνην εἶπεν ἄριστα τὴν πύλιν οἰκεῖσθαι, ἐν ἣ τοὺς  
ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ἣ  
τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι. Auctor Ep. ad Brutum XV: Solon  
Rempublicam duabus rebus contineri dixit, praemio et poena.  
Laudat Meursius in Sol. C. XXIX: De τιμῇ, quae pars erat,  
τῆς ἐπιμελείας uti h. l. dicitur, supra jam vidimus Cap.  
IX. et cf. infra Cap. XXI. Referrī-huc potest Lycurgi  
locus adv. Leocr. p. 109: δύο γὰρ ἐστὶ τὰ παιδεύοντα  
τοὺς νέους, ἢ τε τῶν ἀδικούντων τιμωρία, καὶ ἢ τοῖς ἀν-  
δράσι τοῖς ἀγαθοῖς δεδομένη δωρεά· πρὸς ἑκάτερον δὲ τού-  
των ἀποβλέποντες, τὴν μὲν διὰ τὸν φόβον φεύγουσι, τῆς  
δὲ διὰ τὴν δόξαν ἐπιθυμοῦσι.

Τοιγαροῦν οὐκ ἐν τοῖς σκιαφαίσις οἱ νεώτεροι διέ-  
τριβον, οὐδ' ἐν ταῖς ἀλλητρίσιν, κ. τ. λ. Gravis est  
Atheniensium reprehensio, qui tantopere a majorum seve-  
ritate et continentia desciverant, ut Isocratis aetate om-  
nia generis incogitientiae et lasciviae, prava parentum





indulgentia, juvenus sese traderet. Gravius etiam in parte recens edita Orationis de Permut. Ed. Or. p. 123, et seq. de neglectu omnium eorum studiorum, quae bonis civibus formandis inservirent, questus, hisce, quae toti huic loco quasi commentarii instar esse possunt, in suos invehitur: ἄφ' ἧν ἡμεῖς πολλὸν ἤδη χρεῖνον ἀπελαύνετε τοὺς νεωτέρους, ἀποδεχόμενοι τοὺς λόγους τῶν διαβαλλόντων τὴν θριαύτην. καὶ δείαν· καὶ γὰρ τοὶ πεποιήκατε τοὺς μὲν ἐπιεικεστάτους· αὐτῶν ἐν πότεισι καὶ συνουσίαισι καὶ ἰαθυμίαισι καὶ λαγυρίαισι τὴν ἡλικίαν διάγειν, ἀμελήσαντες (ἀμελήσαντας e. conj. edidit Orell.) τοῦ σπιυδάξειν ἕπως ἔσονται βελτίους· τοὺς δὲ χεῖρω τὴν φύσιν ἔχοντας, ἐν τοιαύταισι ἀκολασίαισι ἡμερεύειν, ἐν αἷσι πρότερον εὐδ' ἂν οὐδέ τις ἐπιεικῆς οὐδεὶς ἐτόλμησεν· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἐννεακρούου ψύχουσι οἶνον· οἱ δ' ἐν τοῖς καπηλείοις πίνουσιν· ἕτεροι δ' ἐν τοῖς σκιραφείοις κυβέουσι· πολλοὶ δ' ἐν τοῖς τῶν αὐλητρίδων διδασκαλείοισι διατρίβουσι. Quid melius nos:rum locum illustret, quam haec? de quibus nihil aliud monemus, quam τὴν ἐννεακρούου fuisse fontem Athenis, qui antea Callirhoë dicebatur, testibus Thucydide II, 15. et Harpocrate in v. ab Orellio p. 293. laudatis, qui hunc quidem ipsa illa Isocratis verba ob oculos habuisse putat: quod si verum sit, pro Λυσίας ἐν τῇ περὶ τῆς ἀντιδόσεως legendum erit Ἴσοκράτης ἐν τ. π. τ. 2. Ceterum digna, quae: iis addantur, sunt verba Theopompī apud Athenaeum XII. p. 532. laudata a Corajo. Hic igitur, discipulus Isocratis, eadem ac magister, de Atheniensibus testatur: Καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων, ἵστε τοὺς μὲν νέους ἐν τοῖς αὐλητρίδιοις καὶ παρὰ ταῖς ἐταίραις διατρίβειν· τοὺς δὲ μικρὸν ἐκείνων πρεσβυτέρους ἐν τε τοῖς κύβοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἀσωτίαις· τὸν δὲ θῆμον ἅπαντα πλείω καταναλίσκειν εἰς τὰς κῶνας ἐστιθῆναι καὶ κρεανομίας, ἤπερ εἰς τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν. Lyrius item Pro Mantitheo p. 267. meminit: ἡμῶν κατέ-



τέτων, ὅσοι περὶ κύβους ἢ πότους ἢ περὶ τὰς τσιαβτας ἀκροασίας τυγχάνουσι τὰς διατριβὰς ποιοῦμενοι.

Σκιραφείσις. Σκιράφεια Grammatici recte interpretantur κυβεΐα vel' κυβευτήρια, *aleatoria*: sed neque de vera vocis scriptura, neque unde ducta sit appellatio, consentiunt. Vid. Harpocraton, Etymologus, Suidas, Moeris, Hesychius, Pollux IX, 95, Grammaticus Bekkeri Vol. I. p. 300. Nos nostro loco lectionem σκιραφείσις praetulimus, probatam a Corajo ad h. l. et ab Orellio l. c. et p. 455. Hemsterhusius ad Pollucis locum iis accedere videtur, qui putant dicta fuisse a Σκίρω, loco extra Athenas, ubi templum erat Ἰθηνᾶς σκιράδος, et in quem convenire solebant aleatores, quippe Athenis per morum censors minus tutum esset alea ludere; ubi denique secundum Stephanum Byzantinum etiam meretrices commorabantur. Plura qui cupit, adeat ipse Viri Cl. annotationem, uti et Meursium de Pop. Atticis p. 120. ac D'Orvillium in Vanno Critico p. 312, laudatos Piersono ad Moerin p. 343. De Σκίρω Petitum citat Taylor ad Demosth. pro Cor. p. 270, 10, R.

Ἐν ταῖς ἀλχητρίσιν. Priscianus L. XVIII. col. 1181. Ed. Putschii, laudatus etiam Corajo in Add. p. 334: *Isocrates, inq̄uit, in Areopagitico, ἐν ταῖς ἀλχητρίσιν πρὸ ἰν loco, ἰν quo habitant tribicines. Huic simile Cicero in L. Invektivarum (Catil. I, 1.): Dico te venisse priore nocte inter falcarios, i. e. ἰν locum ubi sunt falcarii.* Recte quidem ille: sic enim ipse Isocrates et Theopompus locis all. interpretantur. Cf. de hoc usu Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 557. Meretricibus (ταῖς πορναῖς, παισὶ, ἑταίραις) plerumque comites aderant, uti et Saltritricēs (ὄρχηστρίδες). Vid. Aristoph. Ran. 513. Nubb. 996. laudatus a Corajos et mox citandus. Apud Lysiam Or. III. p. 47. confitentur quidam, se venisse πρὸς παιδας καὶ ἀλχητρίδας καὶ μετ' εἶναι. Ab Aeliano V. H. VII, 2. conjunctim  
me.



memorantur πολλάι — γυναικῶν, μουσουργοὶ καὶ ἀγλήτριδες, καὶ ἑταῖραι κάλλει διαπρέπουσαι καὶ ἄρχηστρίδες. XIII, 1, ἀγλήτριδες εἰ αὐτὰ τὰ τῶν μειρακίων τῶν κατὰ πόλιν, ea quibus juniores urbani delectari solent. Apud Theocritum Id. II, 146, Simaetha meretrix suam memorat ἀγλήτριδα.

Ἐν τοῖς τοιοῦτοις συλλόγοις, ἐν εἰς νῦν διημερεύουσιν Quales intelligantur conventus, e locis allatis satis apparet. Διημερεύουσιν autem cum emphasi accipiendum, *totos dies transigunt*. Simili in causa hoc verbo utitur Aelian. V. H. III, 14. Isocrates bono sensu de discipulis suis secum degentibus, de Perm. p. 110. Ed. Orell. Quae huc usque dicta sunt omnia de licentia juventutis illustrat Aeschines adv. Timarchum p. 34. Ed. Min. referens de juvene dedito ταῖς αἰσχίσταις ἡδοναῖς, ὑψοφυχγαῖς καὶ πολυτελείαις δείπνων, καὶ ἀγλήτρισι, καὶ ἑταίραις, καὶ κύβρις, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὑφ' ὧν οὐδενὸς χρεὴ κρατεῖσθαι τὸν γενναῖον καὶ ἐλεύθερον.

Θαυμάζοντες καὶ ὀμιλοῦντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας. Durius videtur ὀμιλεῖν sequente Accusativo, qui convenit τῷ θαυμάζειν. Hinc varii Interpretum conatus. Wolfii verba haec sunt in Annot. „ Observentur verba „ diversae constructionis: θαυμάζω σε dicitur, sed ὀμιλῶ „ σοὶ non σέ. Et tamen Isocrates sic scripsit, nisi forte „ culpa librarii mutatus sit ordo et legendum ὀμιλοῦντες „ καὶ θαυμάζοντες τοὺς, etc. quod omnino verum esse „ puto. Plus enim est θαυμάζειν quam ὀμιλεῖν, et gravius „ verbum recte sequitur. Demosth. πρὸς Λεπτ. Θηβζῖται „ τοὺς μὲν ἑαυτοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας μήτε τιμῶντες, μήτε „ θαυμάζοντες.” ‘Τμνοῦντες Ruhnkenii, ζηλοῦντες Valckenaerii est conjectura, qui ad Eurip. Hippol. vs. 106. de vi verbi θαυμάζειν pro *colere* disputans, allato loco Isocrateo, p. 177, D: „ illic, inquit, pro ὀμιλοῦντες, quod in κα- „ ὀμιλοῦντες mutari possum, scribendum arbitror ζηλοῦν-

» τες



„τες ut scribit p. 175, D. τὸν πλοῦτον θαυμάζοντες καὶ  
 „ζηλοῦντες· p. 344, A. τοὺς — σοφιστὰς ἐθαύμαζον,  
 „καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν. Similiter θαυμάζειν  
 „καὶ ζηλοῦν *Democrito* junguntur aliisque: *literatum* duc-  
 „tus propius accedit in *Isocrateis ὑμνοῦντες*· quod placet  
 „Clar. D. Ruhnkenio.” Τιμῶντες Segaario debetur, Pro-  
 fessori quondam Rheno-Trajectino, cujus exstat specimen  
 Observationum Criticarum in Isocratem in Actis Literariis  
 Societatis Rheno-Trajectinae, T. I. p. 73 — 105. Non  
 iminemor Valckenaerii, pag. 93 sic ab Isocrate scriptum  
 existimabat, „argumento, ut ait, loci p. 277, D, ἐκεῖνοι  
 „δὲ τοὺς τοιοῦτους τῶν ἔργων πρωτεύοντας βελτίστους  
 „εἶναι τῶν παίδων ὑπολαμβάνουσι, καὶ μάλιστα τιμῶσι·  
 „cui accedit, quod θαυμάζειν et τιμᾶν etiam jungit in  
 „Panegy. p. 42, E. εἴτις τιμῶη καὶ θαυμάζοι μὴ τοὺς  
 „πρώτους τῶν λόγων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα αὐ-  
 „τῶν ἕκαστον ἐξεργαζομένους.” Postremum tandem κα-  
 θομιλοῦντες, quod Valckenaerio displicuisse vidimus, Co-  
 rrajus praetulit, qui, memoratis reliquorum conjecturis,  
 in Addendis p. 334. scripsit: Καὶ ἔστι μὲν ἀληθὲς τὸ  
 ἀείποτε πρὸς δοτικὴν φέρεσθαι τὸ ‘Ομιλεῖν’ οὐδὲν γὰρ μὴν  
 ἐνταῦθα κωλύει καὶ πρὸς αἰτιατικὴν συνάψαι, κατὰ τὸ  
 παρὰ τοῦτο σύνθετον Καθομιλεῖν, αἰτιατικῆ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ  
 συνταπτόμενον, ὡς ἐδήλωσεν ὁ Στέφανος ἐν τῷ Θησαυρῷ  
 (B, σελ. 1310). Ἴσως δὲ καὶ, Θαυμάζοντες καὶ καθο-  
 μιλοῦντες, ἦν ἡ ἀρχαία γραφή. Nobis, si optio datur,  
 reliquis omnibus praestare videtur Valckenaeriana conjectura,  
 quae elegantem efficit gradationem: primum *admiratio* ex-  
 sistebat, deinde ex admiratione nascebatur *aemulatio*. Nec  
 tamen ausi sumus eam in textum recipere, cum et vulgaris  
 lectio *δομιλοῦντες* sese tueri posse videatur, sive ea ratione,  
 quam Corrajus attulit, sive alia quadam observatione, hac:  
 duobus verbis diversos casus regentibus cum uno substan-



ivo junctis, substantivum *vel* propioris, *vel* remotioris casu poni. Prioris constructionis exempla sunt frequentissima. Sic Cap. XXXIII. legimus: ἦν — ἐπιτιμήσω καὶ κατηγορήσω τῶν ἐνεστώτων πραγμάτων. Nam κατηγορεῖν Genitivum, ἐπιτιμᾶν Dativum postulat. Similia sunt ex Orat. de Perm. p. 332, E: ἐπιτιμᾶν καὶ βασκαίνειν τὰ τῶν ἄλλων. Contra Soph. p. 291, B: τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε ἅμα καὶ καταφρονήσειε — τῶν περὶ τῆς ἔριδος διατριβόντων. De Pace pag. 161, E: τοὺς ἐπιπλήττοντας καὶ νοθετοῦντας ἡμᾶς. Etenim νοθετεῖν cum Accusativo, ut Cap. XVIII. ἐπιπλήττειν cum Dativo poni solet, ad Nicocl. p. 15, B: Archid. p. 135, A: De Pace p. 167, C: Laud. Busir. p. 227, C. Quae facere possint ad commendandam verborum transpositionem, quae placuit Wolfio. Posterioris vero constructionis, qua remotiore loco positi verbi casum substantivum sequatur, exemplum esse possit hic noster locus; quamquam fateor ea esse rarissima, nec meminisse me ullum usquam invenire huic plane simile; nisi forte huc quodammodo pertineat istud Theophrasti περὶ ἀγροικίας p. 13: ἐπ' ἄλλω μὲν μήτε θαυμάζειν μήτε ἐκπλήττεσθαι· ubi ἐπ' ἄλλω pendet a remotiore, non a propiore verbo: dicitur enim ἐκπλήττεσθαι ἐπὶ τινι, sed θαυμάζειν τι. Certe nulla ratio grammatica prohibere videtur, quominus ubi sic duo verba diversae constructionis junguntur, substantivum non aequae cum remotiore, quam cum propiore convenire queat. Verumtamen suum unicuique judicium esto.

Τὴν ἀγορᾶν. Intelligitur forum ubi res venales exponantur, quali in loco multa fieri solere honestati et bonis moribus contraria eleganter Xenophon animadvertit Cyrop. I, 2, 3. Ex turpitudine fori convicium illud περίτριμμα ἀγορᾶς, de quo cf. Pollux VI, 183. Eam partem τῆς ἀγορᾶς, ubi vendebatur, dictam fuisse κύκλους, Pollux testatur X,



18. Ad haec autem et quae proxime sequuntur pertinet locus Aristophanis Nubb. 986. et sqq. ubi, comparata majorum disciplinā cum praesenti licentia, juvenem sic alloquitur aliquis:

Πρὸς ταῦτ' ὦ μεираκίον, βαβῶν ἐμὲ τὸν κρείττω λόγον αἰροῦ·  
 Κῆπιστήσῃ μισεῖν ἀγορᾶν, καὶ βαλανείων ἀπέχεσθαι,  
 Καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι· κἄν σκώπῃ τις σε, φλέγεσθαι·  
 Καὶ τῶν βακῶν τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσι.  
 Καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας κἀκουρῆγεῖν, ἄλλο τε μὴδὲν  
 ἄσχυρον ποιεῖν· ὅτι τῆς αἰδοῦς μέλλεις τᾶγα λμ' ἀναπλήσειν  
 Μὴδ' εἰς ὄρχηστρίδος εἰσιέναι, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνῶς  
 Μήλω βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀποβρυσηθῆς.  
 Μὴδ' ἀντειπεῖν τῷ πατρὶ μὴδέν· μὴδ' Ἰαπετὸν καλέσαντα  
 Μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοτροφῆθης.

Ἄντειπεῖν δὲ — ἐξαμαρτάνειν. Paulo aliter haec refert Dionysius l. i. supra p. 54: δεινότερον μὲν ἡγεῖσθαι Φησι (Isocrates) τοῖς τότε ἀνθρώποις τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντειπεῖν ἢ τὴν τάξιν λυεῖν. Cf. Aristoph. l. c.

Ἐν καπηλείῳ δὲ — ἐτέλλησε. Καπηλεῖον, *caupona*, locus ubi vinum venale exponitur: cf. Pollux VII, 193. Σίμψλε ἐστὶ παιδοκετεῖν: vid. ibid. 16. Cura honestatis in evl-  
 τάνdis *caupona* ex eo apparet, quod olim apud Graecos *caupona*e, sive *tabernae*, non multo honestiora loca erant, quam *lenonis* aut *metetricis* domus, ut ait Casaubonus ad Theophr. p. 207, (qui cf. et p. 436.) laudatis Aeliano V. H. III, 14: et Athenaeo XIII. p. 566, qui haec Isocratis verba exemplo ex Hyperide desumpto comprobat: Ἐπερίδης δὲ; Inquit; ἐν τῷ κατὰ Πάτροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοῖς Ἀρεοπαγίτας; Φησὶν; ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλύσαι ἀνιέναι εἰς Ἀρεῖον πάγον. Laudat et Meursius in *Areop.* C. IX. in f.

Ἐμνήνεσθαι, *gravitatem servare, omnia serio facere et*



*dicere*, quemadmodum hic τῷ βωμολοχεύεσθαι, sic in Hel. p. 210, B, τῷ σκώπτειν opponitur. Est autem βωμολοχεύεσθαι, idem fere ac σκώπτειν, *scurrant agere, risum movere*, quod qui faciunt dicuntur βωμολόχοι. Harpocratiōni dicti, εὐκολοί τινες ἄνθρωποι καὶ ταπεινοί, καὶ πᾶν ἔτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει, διὰ τοῦ παίζειν τε καὶ σκώπτειν. Ipsum Aristophanem βωμολόχον ἄνδρα καὶ γελοῖον ὄντα καὶ εἶναι σπεύδοντα vocat Aelian. V. H. II, 13. Metaphoram ductam esse docent grammatici a mendicis aras insidiantibus ( τοὺς βωμοὺς λοχόντων ) adulandoque risum moventibus. Praeter Harpocratiōnem, et Maussacum ad eum, Thomam Magistrum, ibique Stoeberum p. 176, vid. Grammaticus Bekkeri V. I. p. 221 et 222, et alius p. 185. De re cf. Aristoph. l. c. vs 966.

Καὶ τοὺς εὐτραπέλους δὲ — ἐνόμιζον. Thomas Mag. p. 201 distinguit inter σκῶμμα, γελοῖον et εὐτραπέλον, quorum hoc definit τὸ μετὰ σεμνότητος χαριέντως λεγόμενον. Sed recte monet Sallierus alibi in malam partem dici, atque ita h. l. accipiendum, quippe explicatur per σκώπτειν δυναμένον. Et hoc loco τοὺς εὐτραπέλους καὶ σκώπτειν δυναμένους mera periphrasis est τῶν βωμολοχευόντων, quod non tantum modo allata Harpocratiōnis verba docere videntur, collata vocis etymologia, sed et extra omnem dubitationem ponit ipsius Isocratis, ut ita dicam, interpretatio in Orat. περὶ τῆς ἀντ. Ed. Orell. p. 123: ἐπεὶ νῦν γ' οὕτως, inquit, ἀνέστραπται καὶ συγκέχυται πολλὰ τῶν κατὰ τὴν πῆλιν, ὥστ' οὐδὲ τοῖς ὀνόμασιν ἐν τῇ διαλέκτῳ ἔνιοι τινὲς ἔτι χερῶνται κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ μεταφέρουσιν ἀπὸ τῶν καλλίστων πραγμάτων ἐπὶ τὰ φαυλότατα τῶν ἐπιτηδευμάτων· τοὺς γὰρ βωμολοχευομένους καὶ σκώπτειν καὶ μιμεῖσθαι ( *mimos agere* ) δυναμένους, εὐφραεῖ κκαλοῦσι προσῆκοντῆς προσηγορίας παύ-

της



της τύχάνειν τοὺς ἄριστα πρὸς ἀρετὴν πεφυκτάς (\*).  
 Utrique loco, et huic et nostro, debilem inesse imitationem  
 terribilis orationis Thucydideae III, 82: καὶ τὴν εὐθυϊαν  
 ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων εἰς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῆ δικαιο-  
 σει, Orellius putet in Ann. p. 292. Quod habet Ammo-  
 nius: εὐφυῆς λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς ὁ σκωπτικὸς, con-  
 firmat Isocrates, cum ait τοὺς σκώπτειν δυναμένους ita  
 dictos fuisse. Proprie significat *egregia indole praeditum*,  
 atque ita occurrit Cap. XXXII, metaphora desumpta a plantis  
 quae laeto germine sata feliciter surgunt. Vid. Valcken. in  
 Animadvrs. ad Amm. L. II. C. II. p. 87. ut non male Gallicum  
*homme d'esprit* conferat Corajus, qui et ex Athenaeo VI.  
 p. 260. locum affert Theopompi, Philippum Macedonem di-  
 centis χαίρειν — τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐφυέσι καλουμένοις,  
 καὶ τὰ γελοῖα λέγουσι καὶ ποιοῦσι, eodem sensu ac nostro  
 loco, ut apparet ex Demosthene Olynth. II. p. 26. Σκωπ-  
 τικὸς autem tantum distat a σκώπτῃς, quantum ab *elegantē*  
 et ingenuo homine dignissimo jocandi genus *petulans et*  
*flacitiosum*, notante Valcken. ibid. p. 88. — Δυστυχεῖς,  
 ex oppositione τῷ εὐφυῆς, recte Laugius et Corajus in-  
 terpretantur *μωροὺς, ἡλίθιους*. Eodem sensu, ut videtur,  
*δυστυχία* legitur ad Nicocl. p. 17, B.

## C A P. X I X.

Ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ προτρέψαντες τὴν ἀρχὴν, κ. τ. λ.  
 Tangit Periclem et Ephialtem, quorum opera Areopagi  
 auctoritas insigniter imminuta est. Vid. Plutarchus in Pe-  
 ricle p. 155, E: 157, A: in Cimone p. 485, B: T. II.  
 p.

(\*) Res Illustratur etiam exemplo vocis *δημοτικὸς*, de Pace p. 185,  
 E: καὶ πανσώμῃς δημοτικὸς μὴ νομίζοντας εἶναι τοὺς συνοφάντας  
 ὀλιγαρχικοὺς δὲ τοὺς πολλοὺς κέρως τῶν ἀγῶν, Cf. supra de  
 hac voce dicta init. Cap. VI.





p. 812, C. Diod. Sic. XI, 77. Aristot. Polik. II, 10. Meno-  
sins in Areop. C. IX. τὴν ἀρχὴν, ut recte monent Wolfius et  
Corajus, n. l. adverbialiter accipiendum, *primis*, *primis*. Sic  
etiam in Padez. p. 66, B, ubi opponitur τῆ ἐπὶ τελευτῆς.

## C A P. X X.

Ἡς ἐπιστατεύουσιν — ἔγερθεν. Initium hujus Capitis  
Iusitax, quae de praesentibus malis dicitur Isocrates:  
de Pace p. 185, A: μηδέν τῶν πολιτῶν ζῆν ἡδέως, μή  
τε φέρως, ἀλλ' ὀδυρμῶν μεστὴν εἶναι τὴν πόλιν· οἱ μὲν  
γὰρ τὰς πείρας καὶ τὰς ἐνοείας ἀναγκάζονται διεξίεναι καὶ  
βρῆκιν πρὸς σφῶν αὐτοῦς· εἰ δὲ τὸ πλεῖον τῶν προσταγμά-  
των, καὶ λειτουργιῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς εἰσφείρας, καὶ τὰς  
ἀποτιθέσεις ἢ τιμώνας ἐμπιστῆ λάπας, ἔστ' ἄλγιον ζῆν  
τῶς τὰς εἰσείας κεκοιμημένους, ἢ τοὺς συνεχῆς πεινομένους.  
Quae omnia mala, deinceps repetuntur a mediocri-  
bus et demagogis. Vid. etiam p. 184, B. De multitudi-  
ne litium, quae Athenis dicebantur, vid. Xenoph. de Ath.  
Rep. p. 609, A. — Εἰσφείρας, proprie *collocatae pecuniae*,  
civibus imperabantur, quotiescunque Respublica inopia la-  
borabat. Lysis de Niciae bonis publ. p. 229: καὶ ἔταν ἡ  
πόλις δένται χινμάσκον, ἀπὸ τούτων ἡμῶν εἰσφέρομεν.  
Frequens earum mentio apud Oratores, conjuncta cum  
λειτουργίαις, στρατηγίαις, χινηγίαις, etc. Isocrates περὶ  
ἀποτῆδ. Ed. Or. p. 80, se si iunquē refert εἰς τῶς δια-  
κοσίους τῶς εἰσφείρουτας καὶ λειτουργεῖντας. Priem autem  
ejus generis collatio, etque duceretorum talentorum, facta  
est tempore belli Peloponnesii ad urgendam Mitylenes obsi-  
dionem, auctore Thucydide III, 19. Vere igitur h. l. dixit  
apud majores nullis εἰσφείρασι opus fuisse, quo ipso saae acci-  
dis homines perstringit. — Πείρας, h. e. πείρασκον. Vid. Cap.  
XXXVIII: cur autem non essent ea aetate pauperes, ostendit

C.



C. XII. Μοχ ad εἶχον ex antecedenti πόλις, supplendus nominativus οἱ πολῖται.

Παρεῖχον γὰρ — πᾶσχοιεν. Spectant tempora bellorum Persicorum. Athenienses tunc fuisse σωτῆρας τῆς Ἑλλάδος, probat Herodotus VII, 139. De verbo ἀγαπᾶν, commentum esse, satis sibi ducere, vid. Sluiterus Lect. And. p. 189. Lysias eo utitur contra Eratosth. p. 148. eodemque sensu adverbio ἀγαπητῶς, pro Mantitheo p. 269.

Μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας διῆγον — ἢ τὰς ἐντὸς τείχους. Securitatis indicium in eo cernitur, quod belli tempore, cum agri incursionibus vastabantur, omnia in urbem comportanda erant. Quod semper moleste tulerunt Athenienses, quorum plurimis mos erat in agris habitare; eaque consuetudine valde delectabantur. Exemplum ejus rei praebent tempora Peloponnesii belli, de quo egregius est Thucydidis locus, classicus in hac re, II, 14—17. qui morem istum reperit ex antiqua Atticorum degendi ratione per pagos, κατὰ κώμας, quae postea etiam, quum jam Theseus eos dispersos in unam urbem coëgisset, obtinuerit. Cap. 65. δοῦναισιν δὲ οἱ δυνατοὶ καλὰ κτήματα κατὰ τὴν χώραν οἰκοδομίαις τε καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες. Similiter post pugnam Chaeronensem decrevit populus παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὰ τείχη κατακομίζειν, teste Lycurgo adv. Leocr. p. 113. Aliud exemplum, Naxiorum exstat apud Herodotum V, 34, ubi vid. Valcken. In primis vero ipsorum Atheniensium factum animadvertatur, quos, quo tempore Philippus ad sacrilegos delendos Phocidem invaderet, etsi paulo ante pace ab eo accepta, atamen omnia ex agris in urbem comportanda decrevisse, referunt Demosth. de Corona p. 254. Aeschines contra Ctesiph. p. 185. Anonymus in Argumento Orat. Demosth. de Falsa Leg. T. II. p. 7. Quod si enim vera sint, quae de tempora conscripti Areopagitici supra dis-

pu.



putavimus, ea res, quae recens acciderat, aptam majorum laude aequales tacite reprehendendi causam Isocrati praebere poterat. Cf. Introd. p. 63. — Τὰς ἐπισκευὰς recte Corajus interpretatur τὰ ἐπιπλα καὶ σκεύη τῶν οἰκῶν. Latine dicas *omnia quae moveri possunt*, ut ait Nepos in Themist. 2. Consentit Thucydides, qui habet τὴν κατασκευὴν ἢ κατ' οἶκον ἐχρῶντο. Cf. Pollux IX, 10. sq.

Οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς θεωρίας — ἐποίουν. Θεωρίας fuisse *publica sacrificia*, quae vel jungi, vel offerri soleant ταῖς θυσίαις, notum est. Et his suae aetatis perulantiam insectatur Isocrates, gravior vituperatam in Oratione de Pace p. 174, E. et sq. Queritur de ἀσελγείᾳ τῶν πατέρων et ἀνομίᾳ eorum qui temporibus fere captarum Athenarum republ. moderabantur; quos eo processisse ait, ut decernerent, quae e sociorum vectigalibus pecuniae superessent, ea per singula talenta in saltationem celebrandis Bacchi sacris esse inferenda (εἰς τὴν ἀρχήστειαν τοῖς Διονυσίοις): tum ita pergit p. 175, C: ἐπειδὴν πλήρες ἦ τὸ θέατρον, καὶ τοῦτ' ἐποίουν, καὶ παρεισήγον τοὺς παῖδας τῶν ἐν τῷ πελέμῳ τετελευτηκότων· ἀμφοτέροις ἐπιδεικνύντες, τοῖς μὲν συμμάχοις τὰς τιμὰς τῆς οὐσίας αὐτῶν ὑπὸ μισθωτῶν εἰσφερομένους, τοῖς δ' ἄλλοις Ἑλλησι τὸ πλῆθος τῶν ἀφρονῶν, καὶ τὰς συμφορὰς, τὰς διὰ τὴν πλεονεξίαν ταύτην γιγνομένας. καὶ ταῦτα δρῶντες αὐτοὶ τε τὴν πόλιν εὐδαίμονιζον, καὶ πολλοὶ τῶν νεῦν οἶκ ἐχόντων ἐμακάριζον αὐτήν. Commodè porro huc referuntur, quae de θεωρικοῖς χρήμασι, seu pecunia publica inter pauperes distributa, ut, undè, ad spectacula ventitantes, duos obolos solverent, haberent, passim referuntur. Vid. Libanii Argumentum Demosth. Olynth. I. hujus Oratio περὶ συντάξεως. Harpocr. in voce et Valesius p. 38. Res a Pericle profecta postea Euhuli consiliis magis etiam invaluit. Cf. Ruhken. H. G. Crit. Or. Gr. p. 66.



Οὐ γὰρ ἐκ τῶν πομπῶν, οὐδὲ ἐκ τῶν περὶ τὰς χορηγίας Φιλονεικίων, οὐδ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀλαζονειῶν τὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον. Superbiae Atheniensium (ὑπερηφανίας) in illis (ἐν ταῖς πομπαῖς) exemplum est apud Aelianum V. H. VI, 1. De insano studio τῶν χορηγιῶν egit Spanhemius ad Callimachum p. 363, laudatus Ernesto ad Xenoph. Mem. III, 4, §. 3. Cf. et Casaubonus ad Athenaeum XIV, 8, p. 904.

Καὶ τοῦ μηδένα τ. π. ἀ. τ. ἐ. Socrates ap. Xenoph. Mem. I, 6, 10, disputat, τὴν εὐδαιμονίαν non esse πολυτέλειαν, sed τὸ μηδενὸς δέεσθαι.

Φορτικῶς. Corajus interpretatur ἀλαζονικῶς ex antecēd. ἀλαζονειῶν. Pollux III, 130. eodem loco ponit cum ἀνυπόιστως, δυσόιστως, ἀφορήτως, δυσανέκτως, δυσανασχέτως, δυσφόρως, βαρέως, ἐπαχθῶς. E quibus equidem h. i. duo postrema postro loco aptissima censeam, atque τὸ Φορτικῶς πολιτεύεσθαι de ea reip. administratione intelligam, qua fiat ut in aliorum civium opulentia et abundantia alii paupertate et omnis generis miseria premantur. Inopiae certē μοχ mentio fit.

Αὐτοὺς μὲν περὶ τῶν — κληρουμένους. Tanta illi inopia premebantur rerum maxime necessariorum, ut unde viverent, non haberent, nisi, ad causam judicandam sorte electi, in aliquo tribunali, δικαστηρίῳ, iudicii mercedem, quae erat τριῶβολον, seu dimidium drachmae, accepissent. Ex hac consuetudine explicat Corajus. Majorem lucem affert locus de Pace p. 185, B, ubi omnia mala repetens a pravis oratoribus et demagogis, πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις κακοῖς, ἰν- quit, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐκάστην ἀναγκαίων, οὗτοι μάλιστα βούλονται σπανίζειν ὑμᾶς· ὁρῶσι γὰρ τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἰδίων δυναμένους τὰ σφέτερόν αὐτῶν διοικεῖν, τῆς πβ- λεως ὄντας καὶ τῶν τὰ βέλτιστα λεγόντων· τοὺς δ' ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῶντας, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν



ἐντεῦθεν λημμάτων. ἰφ' αὐτοῖς διὰ τὴν ἔνδειαν ἠναγκα-  
σμένους εἶναι, καὶ πολλὴν χάριν ἔχοντας ταῖς εἰσαγγελίαις,  
καὶ ταῖς γραφαῖς. καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις, ταῖς δὲ  
αὐτῶν γιγνομέναις, κ τ. λ.

Τῶν δ' Ἑλλήνων — τρέφειν ἀξιοῦντας. Videntur intel-  
ligenda de ξενотροφία, de qua classicus est locus de Pace  
p. 108, D: εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν ὥστ' αὐτοῖ  
μὲν ἐνδεεῖς ἐσμὲν τῶν ἀναγκαίων, ξενотροφεῖν δ' ἐπιχει-  
ρήκαμεν. Cff. supra dicta ad Cap. IV. p. 84. Et paulo  
post de re navali loquens: καὶ τότε μὲν (inquit, h. e. ma-  
jorum tempore) εἰ τριήρεις πληροῦεν, τοὺς μὲν ξένους καὶ  
τοὺς δούλους νύκτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ'  
ὄπλων ἐξέπεμπον | νῦν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ὀπίταις χρά-  
μεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν ἀναγκάζομεν. Cum ta-  
men ex hoc ipso loco appareat, Isocratis aetate cives  
Athenienses, quos redit Aristophanes Equit. 1368,  
fuisse qui naves impellerent, quod diserte etiam testatur  
Xenophon de Rep. Ath. I, 2, difficile dictu est, qui nostro  
loco οἱ Ἕλληνες dici videantur ἐλαύνειν τὰς ναῦς, prae-  
sertim cum οἱ κληρούμενοι, de quibus modo dixerat, etiam  
Graeci erant. Corajus ea de causa pro Ἑλλήνων legendum  
suspiciatur ἄλλων, totius loci hac exhibita paraphrasi: Τίς  
οὐκ ἔν λυπηθείη ἐρῶν τινὰς τῶν πολιτῶν Ἀθηναίων οὕτω  
πειρομένους, ὥστε κληροῦσθαι πρὸ τῶν δικαστηρίων, ἐπ'  
ἀδήλω τῷ ἔξειν τὰ ἀναγκαῖα, εἴαν λάχῳσι κρίνειν, ἢ μὴ  
ἔξειν, εἴαν ἀπολάχῳσι· καὶ ὅμως ἀξιοῦντας τρέφειν, ἡγοῦν  
μισθὸν δίδναι τὴν πόνον τοῖς ἐκ τῶν ἄλλων πολιτῶν Ἀθη-  
ναίων βουλομένοις ἐλαύνειν τὰς ναῦς· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὡς  
ἔρεῖ μετ' ὀλίγα ἢ περὶ τὴν διοίκησιν ἐναντίωσις. De  
ultriusque vocabuli confusione alibi dixerat in Ann. ad Pa-  
neg. p. 40, ibique laudato loco Prodromi Biblioth. Gr.  
Nos de loco difficili statuere non audemus: quamquam for-  
tasse vulgaris lectio explicari potest e loco Panath. p.



256; D. e quo patet genus hominum perditissimorum Athenas confluentium mercede navibus impositum fuisse, qui eas impellerent. Cf. etiam de Pace p. 174, E. Sic nexus esset: *aequum censentes alere eos Graecorum* (istos enim ἐκ τῆς Ἑλλάδος collectos fuisse, posteriore loco diserte significat) *qui velint naves* (Atheniensium scilicet) *impellere*. Sed iudicium penes doctiores esto.

Χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱματίοις, χειμάζοντας δ' ἐν ταύτοις ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν. Idem, monente Corajo, fratri frater exprobat apud Demosth. adv. Boeotum T. IV. p. 99. Qui saltabant, non suis sumtibus, sed τῶν χορηγῶν, per totum illud disciplinae tempus, quo erudiebantur chori ad festa, et vestiebantur et nutriebantur; ut facile fieri posset, si χορηγῶν magnifice agerentur, ut, cum eo tempore splendidis auroque ornatis vestibus saltassent, eo exacto ipsi pauperes nec tantis sumtibus pares hiemem sordido vestitu transigere cogerentur. Populum villi vestitu in balneis, frigoris levandi causa, heme degisse, testantur Xenophon de Rep. Athen. I, 1. et Schol. ad Aristoph. Plur. 535. itidem Corajo laudati. In illis ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν elegans est euphemismus, cui similis ap. Demosth. Ol. II. p. 26.

C A P. X X I.

Completitur hoc Caput quasi ἀνακεφαλαιώσιν quandam eorum quae de laudibus Arcopagi et reip. forma apud majores dixerat.

Ἀπήλλαξε γὰρ — ὠφελείαις. Cf. supra Cap. XII. ubi facta mentio ἀφορμῆς, a divitibus pauperibus datae εἰς τὰς ἐργασίας, confirmat Coraji conjecturam, quae et mihi aliquando in mentem venerat, pro εὐεργεσίαις legendum esse ἐργασίας, quippe qua tollitur tautologia, et quae hic dicuntur ὠφελείαι, respondent τῇ ἀφορμῇ ibi memoratae.



Saepe ista duo confunduntur. Langius in Paneg. Cap. VI. in f. suae Ed. p. 60. Steph. p. 46, C. etsi in textu reliquerit *εὐεργεσίας*, in nota tamen probavit Retbergii, cujus in fine Praefat. p. 49. mentionem fecerat, conjecturam *ἐργασίας*. Cf. idem in Add. p. 34. Aliter Morus eo loco spuria judicaverat verba *καὶ τὰς ὠφελείας τὰς δι' αὐτῶν γιγνομένας*. In Ep. ad Timoth. Ed. St. p. 421, E, eodem sensu, ac nostro loco, nunc legitur *ἐργασίας*, quod ibi pro *εὐεργεσίας* e Cod. Ms. restituit Matthaeus, probantibus Langio p. 746. et Corajo Ann. p. 314. in f. Et sic etiam occurrit in Orat. ad Nicocl. p. 18, C. — Notatu dignum est, *τοὺς ἔχοντας* h. l. uti et infra C. XXXVIII, simpliciter positum significare *divites*. Supra Cap. XII. dixerat *οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες*. Qua de re haec sunt verba Cl. Ruhnkenii in Scholis MS. in Xenoph. Mem. I, 2, 45:

„ Οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες sunt *divites*, sed saepe supprimitur nomen *χρήματα*, et οἱ ἔχοντες simpliciter sunt *οὐλοῦντες* et *fortunati*. Euripides apud Stobaeum p. 53:

„ κακὸς ὁ μὴ ἔχων, οἱ δ' ἔχοντες ἔλβιοι.

„ Hugo Grotius vertit:

„ *Dites beati, pauperum infelix genus.*

„ Vide Kusterum ad Aristoph. Plut. v. 596. Latini etiam hoc imitati sunt. Lactantius Div. Instit. V, 8: *ut habentium pia collatio non habentibus subveniret.* Addantur Eurip. Alcest. 58. Aristot. Rhet. II, 16, 4. Virgil. Geor. II, 499. et vid. quoque Marcklandus ad Lysiam p. 576. Wetsten. in N. T. V. I. p. 400. Graevius ad Cicer. ad Div. VII, 29. Valcken. ad Herod. VI, 22.

Τοὺς δὲ νεωτέρους — ἐπιμελείαις. Vid. supra C. XVII.

Τοὺς δὲ πολιτευομένους — ἀδικοῦντας. Cff. C. IX et XVIII.

Τοὺς δὲ πρεσβ., — βεραπείαις. Cff. item C. IX et XVIII.

Xe



Xenoph. Mem. II, 1, 33: οἱ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται.

## C A P. X X I I I.

Ἦδη δὲ τινες ἀκούσαντες μου, κ. τ. λ. Alios h. l. loquentes inducit Isocrates se et laudantes et difficultatem quamdam sibi objicientes, quibus ipse deinde respondet. Eadem arte saepius utitur, in Paneg. p. 61, D: ad Phil. p. 85, E. et sq. Panath. p. 275, A: 280, C: 281, C. sqq. De Permut. Ed. Novae p. 78 — 81. ubi notavit Orellius p. 260. — Ἐπαινέειν et μακαρίζειν distinguit Isocrates. Veteres illud ad fortunam, hoc ad virtutem referunt. Vid. Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. IX. p. 54. sq. ubi typographi errore hicce locus ex *Archidamo*, non ex *Areopagitico* laudatur.

## C A P. X X I V.

Καὶ περὶ τούτων — τὸ πρότερον. Illustranda haec sunt ex historia conversionis Athenarum tempore Quadringentorum: quam refert Thucydides VIII, et ex eo Harpocration v. *συγγραφεῖς*. Referunt quoque Diod. Sic. XIII, 36. Justinus V, 3. Taylorus in vita Lysiae Or. Gr. Vol. VI. p. 115. Ruhnkenius Diss. de Antiphonte C. II. Opusc. p. 235 — 240. Summa rei haec est: Alcibiades exsul reditum in patriam sibi parare studebat. Eo consilio agit cum Atheniensium ducibus, qui cum classe apud Samum commorabantur, iisque multa pollicitus significat velle se in patriam redire, ea conditione ut populare imperium in oligarchiam convertatur: cujus cum et ipsi cupidī essent, quamquam primum repugnante Phrynicho, legatus mittitur Athenas cum aliis Pisander, qui rem cum populo communiceret. Quo simul ac pervenisset, populumque edocuisset in





uno Alcibiadis reditu positam esse salutem civitatis, populi decreto eligitur cum novem collegis ad rem peragendam. Decem illi Athenis profecti ad Tissaphernem et Alcibiadem, postquam frustra cum iis egissent, Samum se conferunt: et cum Atheniensium ducibus ibi degentibus ipsi, nulla amplius Alcibiadis ratione habita, consilium capiunt paucorum imperii constituendi. Mox decem eo consilio dimittuntur, quinque ad insulas et subjectas civitates, quinque, in quibus Pisander, Athenas. Hi rem jam fere a sociis peractam, et popularem reip. formam dissolutam reperiunt. Hac rerum conditione statim reliqua perficere aggrediuntur. Primum, convocata populi concione, sententiam dicunt: δέκα ἄνδρας ἐλέσθαι συγγραφέας αὐτοκράτορας· τούτους δὲ συγγράψαντας γνώμην ἐσεινεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ἔγτην, καὶ ὅ, τι ἄριστα ἢ πόλις οἰκήσεται. Postea, ubi dies ille advenisset, iterum convocata concione, nihil aliud in medium referunt isti συγγραφεῖς, quam *licere unicuique civi, quam velit, sententiam dicere*. Tum palam omnes sententiam dicunt, veteres magistratus esse abrogandos, eorumque loco eligendos quinque viros, dictos προέδρους, hos centum eligere, et horum centum unumquemque sibi tres alios adsciscere; omnes, quadringentos numero, curiam (τὸ βουλευτήριον) ingressos, ἄρχειν ὅπη ἂν ἄριστα γινώσκωσιν αὐτοκράτορας." Vid. Thucydides VIII, 47—49, 53, 54, 56, 63—68. Constituti sunt isti CCCC septimo anno ante XXX tyrannos et per IV menses reipublicae prae fuerunt, docente Wesselingio ad Simsonis Chron. p. 777. Jam nulla alia difficultas superest, quam quod Isocrates memoret συνέδρους ἢ συγγραφέας, Thucydides nullam συνέδρων mentionem facere videatur. Thucydideis repugnant quae addit iis Harpocr. ἦσαν δὲ οἱ μὲν πάντες συγγραφεῖς τριάκοντα οἱ τότε αἰρεθέντες. κατὰ Φησὶν Ἀνδρωτίων τε καὶ ὁ Φιλόχορος, ἑκάτερος ἐν τῇ Ἀτθίδι· quare ipse sub-



ἵσκει τ. ὁ δὲ Θουκυδίδης τῶν δέκα ἐμνημόνευσε μόνον τῶν προ-  
 βούλων. Προβούλους nunc vocat, quos Thucydides ξυγ-  
 γραφεῖς dixit; et revera non alii erant quam πρόβουλοι,  
 quippe nulla decernendi auctoritate praediti, tantum-  
 modo quoddam, ut ita dicam, προβούλευμα de civitate  
 ordinanda ad populum referre debebant. Valesius p. 71.  
 Harpocratonem confundere docet ξυγγραφεῖς, quorum me-  
 minit Thucydides, qui priores ante CCCC electi sunt, cum  
 XXX illis συγγραφεῦσι, quorum meminisse Androtonem  
 dicit, aliosque: nam XXX illos συγγραφεῖς eos esse qui  
 postea XXX tyranni evaserint, cumque ξυγγραφεῖς τῶν  
 νόμων electi essent, nullam tamen legem tulerint, teste Xe-  
 nophonte L. II. Porro Etymologi errorem notat, tradentis  
 eosdem decem συγγραφεῖς dictos etiam fuisse καταλογεῖς,  
 laudato Suida in καταλογεῖς. Quod si ita sit, cum eo erra-  
 vit, qui eadem fere habet, Grammaticus Bekkeri V. I.  
 p. 301 et 270. Sed, quod majoris momenti est, e Suida et  
 aliunde ostendit, decem illis alios additos esse XX προβού-  
 λους, quorum qui fiat ut nulla apud Thucydidem mentio  
 reperiat, equidem statuere non possum: sed hinc forte ista  
 apud Harpocrat. προβούλων appellatio repetenda. Quidquid  
 hujus sit, non multum ex his omnibus profecimus ad intel-  
 ligendum, quinam fuerint isti σύνεδροι Isocratis. Neque enim  
 hac appellatione designari aut eos, quos Thucydides προέ-  
 δρους, aut quos Suidas aliique προβούλους memorant, verissi-  
 mile est: apud Isocratem vero συνέδρους in προέδρους mutare,  
 temerarium est. D'Arnaud De Diis Paredris C. VIII. p. 41.  
 suspicatur Isocratem scripsisse συνέδρους ἢ συγγραφέας,  
 decem scribas collegas. Sagaciter quidem ille et ingeniose.  
 Sed si teneatur ista collegae notio, uti omnino tenendam  
 esse ipsa vocabuli vis et usus docent: sic enim Demosth.  
 de Cor. p. 297. συνέδρους τῶν Ἀμφικτυόνων dixit; et sic  
 vocabantur qui a sociis Legati cum Atheniensibus de re-



communi deliberabant, sp. Isocr. de Pace p. 165, A. quo  
 pertinet glossa Grammatici Bekkeriani V. L. p. 302: Σύν-  
 δροι· εἰ ἀπὸ τῶν συμμάχων μετὰ τῶν Ἀθηναίων βουλευ-  
 μένοι περὶ τῶν πραγμάτων: si igitur teneatur ista *collegae*  
 significatio, equidem sine ulla mutatione Isocratem explicari  
 posse puto, quem non crediderim id sibi proposuisse, ut  
 historicorum diligentia *decem scribarum* mentionem faceret.  
 Videtur utroque vocabulo unos eosdemque significavisse: pri-  
 mum scripsisse συνέδρους, *collegas*: quod cum esset vagum  
 nec satis definitum; quo melius sua mens intelligeretur, addi-  
 dit ἡ συγγραφέας, ut ipsa horum collegarum *appellatione*  
 addita, nulla dubitanda causa relinqueretur. Ab Isocratis  
 oratione ejusmodi tautologia, si tamen est tautologia, non  
 abhorret: alioquin possit quis suspicari, voces ἡ συγγραφέας  
 esse glossam, quae interpretandi causa margini adscripta,  
 in textum inrepsérít; sed ea quidem suspicio non satis certa  
 ratione niti videtur. — Atque hic huic jam nimis longae  
 annotationi finis imponendus esset, nisi de Harpocrationis  
 loco aliqua mihi suspicio orta esset. Initium ejus sic se  
 habet: Συγγραφεῖς· Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγίτικῶ. εἰθισμένον  
 ἦν παρ' Ἀθηναίους ὁπότε δεῖσι πλεῖσθός τι αἰρεῖσθαι, ὡς περ  
 εἰς ἡμετέραν εἰσέφερε γνώμας εἰς τὸν δῆμον. Sequi-  
 eum Thucydidem, cujus verba supra attulimus, ultima illa  
 manifestum faciunt: et mox ex eo totam rem subjicit. Sed  
 corrupta ejus esse verba, facile apparet: nam si quaeras, quid  
 esset εἰθισμένον παρ' Ἀθηναίους, nihil ex his elici potest.  
 Fortasse aliquid excidit: fortasse etiam vestigia Thucydidea  
 secutis legere nobis licet: εἰθισμένον ἦν παρ' Ἀθηναίους,  
 ὁπότε δεῖσι πολιτείας, τινὰς αἰρεῖσθαι (ἢ αἰρεῖσθαι τινὰς),  
 ὡς περ εἰς ἡμετέραν εἰσέφερον γνώμας εἰς τὸν δῆμον. Hoc  
 certe dicere voluit. Ceterum Thucydidis meminit quoque  
 Thomas Mag. v. συγγραφεύς, ad quem docta de variis ejus  
 vocis significationibus est Sallierii animadversio p. 813.



Ὀὐκ ἀποκεκρυμμένης, h. e. οὐκ ἀγνοουμένης ex anteced.

Ἦν ἄπαντες ἴστε — τῶν πολιτῶν. Vid. supra initio Cap. VI. ibique annotata. Dictionem οὐδεὶς ὅστις οὐκ, quae occurrit et Cap. sq. et Archid. p. 117, C, praeter Hoogeveenium ad Vigerum p. 27, attingit Cl. Wyttenbächius Bibl. Crit. P. X. p. 93. et ad Platonis Phaedonem p. 331.

Εἰσηγούμενος, h. e. *inducere volens, studens*, uti subinde verbis actionem significantibus inest voluntatis agendi notio, de qua constructione vid. Morus ad Paneg. C. XXXI. not. h. et cf. Wyttenb. l. c. p. 185. Εἰσηγεῖσθαι est *alicujus rei auctorem esse, suadere aliquam rem, αἰτίον εἶναι τινός*. Thucyd. III, 20: εἰσηγησάμενων τὴν πείραν αὐτοῖς, Θεμιστόκτου τε τοῦ Τιμίδου, ἀνδρὸς μάντεως, καὶ Εὐμολπίδου τοῦ Δαϊμάχου. mox Cap. 22, de ilsdem dicit: ἠγοῦντο δὲ ὅπερ καὶ τῆς πείρας αἰτίοι ἦσαν. Hinc εἰσηγητῆς, *suasor, auctor, inventor*: de quo obiter monuit Cl. Reuvens Coll. Liter. p. 75. sq.

Οὐδ' ὡς ἐτύχωνον. Recte Corajus: εἰκὴ καὶ ἀλογίστως, καὶ ὅπως ἐπήρχετό μοι. Panath. p. 238, A. dicit εἰκὴ καὶ φορτικῶς καὶ χυδανὸν ὅ, τι ἂν ἐπέληθ' λέγειν. Similis est formula ὡς ἐτυχε. Cf. Roysards Diatr. I. p. 17. Non spernenda haec Wolfii Annotatio: „ Est callide admodum „ usus h. l. Nam cum videri velit, etiam praesentem „ corruptamque Democratiam Oligarchiae praeferre: vete- „ rem tamen illam, quae sincera fuit, commendat. Sic et „ populi offensionem cavet, et tamen id quod vult con- „ sequitur.”

Καὶ Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους, ὅτι μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσι, κ. ῥ. λ. — ἰσχύουσας. In priore loci parte Wolfii versionem: *Et Lacedaemoniorum ob hoc maxime rempublicam scio florere, quod populari statu maxime utuntur*: sic correxit Stephanus Diatr. Isocr. V. p. 16: *Lacedaemonios ideo pul-*



*cherrimam politeiam habere, quod omnium maxime democratia utuntur.* Conveniunt haec e Panath p. 270, C: Λακεδαιμονίους παρὰ σφίσι μὲν αὐτοῖς ἰσονομίαν καταστήσαι, καὶ δημοκρατίαν τοιαύτην, εἴανπερ χρῆ τοὺς μέλλοντας ἅπαντα τὸν χρόνον ὁμοιούσῃν. Contrarium legitur in Nicocle p. 31, D: ἔτι δὲ Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους, τοὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένους (cf. hujus loci emendatio e Cl. Wyttenbachio proposita Bibl. Crit. P. X. p. 8.), εἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πύλεμον βασιλευμένους. E qua repugnantia Stephanus Diatr. Isocr. II, quamvis minus recte, argumentum petiit ad eam quoque Orationem Isocrati abjudicandam. Mixta fuit Spartanae Reip. forma e populari et optimatum imperio, accedente regio nomine, magis quam potestate. Significat ipse Isocrates in Panath. p. 265, A, agens de institutis Lycurgi τὴν τε δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς, τὴν ἀριστοκρατίαν μεμιγμένην, ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν· καὶ τὰς ἀρχὰς οὐ κληρωτάς, ἀλλ' αἰρετάς ποιήσαντος· καὶ τὴν τῶν γερόντων αἰρέσιν, τῶν ἐπιστατούντων ἅπασιν τοῖς πράγμασι, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι νομοθετήσαντος, μετ' ὅσηςπέρ Φάσι καὶ τοὺς ἡμετέρους· περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων· ἔτι δὲ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτὴν, ἥπερ ἔδει καὶ τὴν βουλήν ἔχουσιν τὴν παρ' ἡμῖν. Quod ait, Lycurgum Atheniensium rempubl. imitatum esse, fortasse majorem patriae, quam veritatis, amorem spirat: sed apparet, quod diximus, mixtam fuisse civitatis formam. Hinc pro consilii varietate vel democratia vel oligarchia haberi poterat, notante Aristotele Polit. IV, 9: ὅπερ, inquit, συμβαίνει περὶ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν. πολλοὶ γὰρ ἐγχειροῦσι λέγειν ὡς δημοκρατίας οὐσης, διὰ τὸ δημοκρατικὰ πολλὰ τὴν τάξιν ἔχειν· οἶον, πρῶτον τὸ περὶ τὴν τροφὴν τῶν παιδῶν· ὁμοίως γὰρ οἱ τῶν πλουσίων τρέφονται τοῖς τῶν πενήτων, καὶ παιδεύονται τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν



Ἐν δύναιτο καὶ τῶν πενήτων οἱ παῖδες· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ  
 τῆς ἐχομένης ἡλικίας, καὶ ὅταν ἄνδρες γένωνται, τὸν αὐτὸν  
 τρόπον· οὐδὲν γὰρ ἄδηλος ὁ πλοῦσις καὶ ὁ πένης. οὕτω  
 τὰ περὶ τὴν τροφήν ταῦτ' ἅπαντα ἐν τοῖς συσσιτίοις· καὶ  
 τὴν ἐσθῆτα οἱ πλοῦσοι τοιαύτην, οἷον ἂν τις παρασκευάσαι  
 δύναίτο καὶ τῶν πενήτων ὁστισοῦν. ἔτι τῷ δύο τὰς με-  
 γίστας ἀρχὰς, τὴν μὲν αἰρεῖσθαι τὸν δῆμον, τῆς δὲ μετέ-  
 χεῖν· τοὺς μὲν γὰρ γέροντας αἰροῦνται, τῆς δ' ἐφορείας  
 μετέχουσιν. οἱ δ' ὀλιγαρχίαν, διὰ τὸ πολλὰ ἔχειν ὀλι-  
 γαρχικά· οἷον, τὸ πᾶσας αἰρέτας εἶναι καὶ μηδεμίαν κληρω-  
 τήν ἄλλ' ὀλίγους εἶναι κυρίους θανάτου καὶ φυγῆς, καὶ  
 ἄλλα τοιαῦτα πολλά. *Locum, quamvis longiorein, ad-*  
*scribere operae pretium duximus, utpote qui Isocrateo nostro*  
*fere commentarii instar est. Ab universe enim dicta sen-*  
*tentia, Lacedaemonios ideo optima reip. forma usi quia*  
*maxime populari utuntur, ad singulas partes transit, aitque*  
*et in magistratum electione, ἐν τῇ τῶν ἀρχῶν αἰρέσει,*  
*et in vita quotidiana, τῷ βίῳ τῷ καθ' ἡμέραν, et in reli-*  
*quis rebus, τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι, magis apud eos*  
*aequalitatem et similitudinem valere, quam apud alios. Ad*  
*primum quod attinet, sive τὴν τῶν ἀρχῶν αἰρέσιν, missis*  
*Regibus constanter ex eadem Prociis et Eurysthenis gente*  
*creari solitis, Reip. moderandae praeerat Senatus Senio-*  
*tum, qui γεροσύνα dicebatur, constabatque viginti et octo*  
*viris, qui sexagesimum aetatis annum consecuti per totam*  
*vitam omni reprehensione vacaverant: horum autem electio*  
*penes populum erat, ut praeter Aristotelem l. c. diserte*  
*testatur Plutarchus in Lycurgo p. 55, D—56, A. Postea*  
*constituti sunt Ephori, quorum potestati subessent reges: cf.*  
*Nepos in Pausan. C. III. Et in his quidem creandis ma-*  
*gis etiam apparuit imperii popularis studium, si quidem, ut*  
*ait idem Aristoteles Polit. II, 7, hi magistratus, rerum*  
*maximarum domini, omnes (erant autem quinque) e po-*



pulo legebantur, ita ut saepius pauperissimi ad illud munus pervenirent. De aliis, νομοφύλαξι, ἐμπελώροις, ἄρμοσταῖς, pauciora constant. *Vitae quotidianae*, τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν, *aequalitas* ante omnia cernebatur in Φειδιτιῶν seu συσσιτίων instituto, quae erant convivia publica, quibus cives Spartani quotidie, ad quindecim plerumque una congregati, cibi capiendi causa aderant, habita maxima temperantiae et frugalitatis ratione. Praeter Aristotelem locis citatis, classica sunt loca Plutarchi in *Lycurgo* p. 45, B—D et 46, B—F. Vid. et Meursius *Miscell. Lac.* I, 9, 10. Ad τὰ ἄλλα ἐπιτηδεύματα in primis referenda est liberorum institutio, qui civitatis potius quam parentum esse existimabantur, indeque a septimo aetatis anno omnes, nullo excepto, ne regis quidem, cujuscunque generis et conditionis essent, domum paternam relinquere, publico loco una degere, eodem vestitu cultuque, iisdemque studiis et exercitiis, quibus unicuique civi interesse, eosque pro arbitrio inter-interrogare, vituperare, laudare licebat, uti cogebantur. Aristoteli l. c. addatur Plutarchus p. 50, A—54, D. Referri etiam possunt, quae matrimonium spectant, cui omnes adstrictos esse voluit Legislator, cujusque consilium non ita in vitae suavitate et commodo statuit, sed ut esset, unde patriae cives et defensores nascerentur. Vid. p. 48, C—49, D. Universe Lycurgi consilium fuit, ut nulla esset civium inter cives differentia, cujus maxime in eo indicium est quod agrum integrum civitatis esse et aequaliter inter cives distribui voluit, teste Plutarcho p. 42, A—C. Late de his omnibus aliisque exposuit Manso in *Opere Germanico praestantissimo*, quod inscribitur *Sparta*, Vol. I. P. I. p. 38, et sqq. 109, et sqq. 145, et sqq. 156, et sqq. 242, et sqq. et alibi passim. De agrorum illa distributione, liberorum educatione, syssitiis et vestitu Spartanorum peculiariter egit P. II. p. 129, et sqq. 156, et sqq. 188, et sqq.

C A P.



C A P. X X V.

Ἡ πάντες ἐπιτιμῶσιν. Supra Cap. V. dixerat : ἐπὶ μὲν τῶν δικαστηρίων τῶν καθεστηκέντων κατηγοροῦμεν, καὶ λέγομεν ὡς οὐδέποτε ἐν δημοκρατίᾳ κάκιον ἐπολιτεύθημεν.

C A P. X X V I.

Ἐξω τῆς ὑποθέσεως. Nam id tantum Isocrates sibi proposuerat, ut laudatione Reip. formae Solonis et Clisthenis aetate receptae conscribenda ad eam revocandam cives adhortaretur. Vid. Cap. V et VI. Itaque haec comparatio praesentis administrationis cum Imperio XXX tyrannorum erat aliquid extra ejus ὑπόθεσιν, h. e. ad argumentum, quod sibi tractandum sumserat, non pertinens. Ἐπίθεσις apud Rhetores et Oratores significat orationis argumentum, consilium oratoris in dicendo, ad Phil. p. 84, C: 110, B: Hel. p. 208, A. Formula ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν vel χρῆσθαι τοῖς λόγοις occurrit item Panath. p. 247, E: 266, D. Eodemque sensu πόρρω γίγνεσθαι τῆς ὑποθέσεως p. 250, E. et infra C. XXXIII, ἀποκλαυῆσθαι ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως.

C A P. X X V I I.

Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς — περιέπεσε. Significatur clades qua Lysander Atheniensium classem devicit ad Aegospotamos prope Hellespontum, de qua scripserunt Xenophon Hist. Gr. II. p. 456, D — 457, B. Diodorus Sic. XIII, 106. Nepos in Lysandro, 1. in Alcib. 8. alii. Ab eo interitu classis in Hellesponto Oratores exordium sumunt dicendi de Rep. ad XXX viros translata, quod, laudato nostro loco allisque Lysiae, animadvertit Taylorus in hujus Vita Or. Gr. R. Vol. VI: p. 123. In nota. Praeterea illud notandum,





plerumque eos, nulla Aegospotami mentione facta, simpliciter de *clade ad Hellespontum* loqui. Utriusque usus exempla quaedam afferamus. Exordium dicendi ab ista clade ducunt Isocrates adv. Callim p. 382, B: ὅτε γὰρ ἡ πύλις ἀπώλεσε τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῃ καὶ τῆς δυνάμεως ἐστερήθη. Andocides de Myst. p. 207: ἐπεὶ γὰρ αἱ νῆες διεφθάρησαν καὶ ἡ πολιτεία ἐγένετο. Lysias in Nicom. p. 452: ἐπειδὴ γὰρ, ἀπολωμένων τῶν νεῶν: ἡ μετάστασις ἐπράττετο. Or. Funebr. p. 513: ἀπολλυμένων γὰρ τῶν νεῶν ἐν Ἑλλησπόντῃ, εἴτε ἡγεμόνος κακίᾳ, εἴτε θεῶν διανοίᾳ, καὶ συμφορᾶς ἐκείνης μεγίστης γενομένης καὶ ἡμῖν τοῖς δυστυχίᾳσιν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλησι. Adv. Erastoth. p. 161: ἐπειδὴ δὲ ἡ ναυμαχία καὶ ἡ συμφορὰ τῇ πύλει ἐγένετο. Adv. Agoratum p. 191: ἐπειδὴ γὰρ αἱ νῆες αἱ ὑμετέριαι διεφθάρησαν. κ. τ. λ. Hellesponti praeterea mentio fit apud Andoc. de Pace p. 276: ἠνίκα ἀπώλεσαμεν τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῃ καὶ τειχῆρεις ἐγενόμεθα· apud Lysiam pro bonis Aristoph. p. 301: ὅτε ἡ ναυμαχία ἐγένετο ἐν Ἑλλησπόντῃ. Pro Mantith. p. 263 dicitur ἡ ἐν Ἑλλησπόντῃ συμφορὰ. Similiter apud Aristid. Panath. p. 67, E: ἡ ναυμαχία ἡ κατ' Ἑλλήσποντον, et Lacedaemonii qui ibi pugnarunt p. 72, B. vocantur οἱ ἐν Ἑλλησπόντῃ Λακεδαιμονίων. Ita quoque Isocrati dicitur ἡ ναυμαχία ἡ περὶ Ἑλλήσποντον, ad Phil. p. 94, D. ἡ ἀτυχία ἡ ἐν Ἑλλησπόντῃ γενομένη, Panath. p. 253, C. ἡ ἐν Ἑλλησπόντῃ γενομένη ἀτυχία, Paneg. p. 65, C. Eandem significat de Pace p. 176, B: τὸ δὲ τελευταῖον ἐν Ἑλλησπόντῃ διακοσίας, scil. τριήρεις ἀπώλεσαμεν. Atque ita a Lysia De Publ. Niciae bonis p. 282. et Apol. δωροδοκίας p. 345 vocatur ἡ τελευταῖα ναυμαχία. Ceterum locus Lysiae laudatus ex Or. Funebr. si cum nostro comparetur, patet ταῖς ἀτυχίαις ἐκείναις cum emphasi accipiendum esse, *magnis illis calamitatibus*, h. e. obsidioni et tyrannidi XXX virorum eam

cla-



cladem consecratae, quae similiter a Lysia in Philon. p. 471.

κατ' ἐξοχὴν dicitur ἢ συμφορᾶ.

Τίς οὐκ οἶδε τῶν πρεσβυτέρων. Nam calamitas illa acciderat trigesimo secundo circiter Isocratis anno: itaque qui cum eo senes erant, illorum temporum recordari poterant. Mox ipse: καὶ μὲν δὴ καὶ τάδε τίς οὐ μνημονεύει τῶν ἡλικιωτῶν τῶν ἐμῶν;

Τοὺς μὲν δημοτικούς — ὑφ' ἑτέροις οὔσαν. Nam quum Lacedaemonii pacem obtulissent ea conditione ut longi muri decem stadiorum spatio ab utraque Piraei parte diruerentur, et Archestratus quidam eam accipere suaderet, in vinculis conjectus est, factumque decretum, ne de his suadere liceret, idque eo quidem tempore, quo urbs gravissima fame laborabat. Vid. Xenoph. Hist. Gr. II. p. 495, C et D. Cf. quoque Lysias De Niciae bonis publ. p. 282. sq. et adv. Agoratum p. 192.

Ἐκσπόνδους γενομένους. μὴ κοινωνοῦντας ὧν ἐσπείσαντο οἱ ὀλιγαρχικοὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους σπονδῶν, interpretatur Corajus. Sed hac de re nihil Xenophon.

Ἐτοίμως καὶ τὰ τεῖχη καθαιροῦντας. Imo ad tibiae cantum, ὑπ' αὐλῆς, ut ait Xenoph. p. 460, E. Cf. et Diodor. Sic. XIV, 3. Lysias adv. Erastosth. p. 169. fraude Theramenis dirutos esse muros docet, eum opponens Themistocli, qui eas Invidia Lacedaemoniis aedificaverat. Ut h. l. sic etiam adv. Lochitem p. 397, C, Isocrates Oligarchiae fautoribus rem tribuit.

Καὶ τότε μὲν — ἔχοντας. Idem brevius dixit de Pace p. 177, C, de Atheniensibus: ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ φρουρεῖν τὰς τῶν ἄλλων ἀκροπόλεις τῆς αὐτῶν ἐπεῖδον τοὺς πολεμίους κυρίους γενομένους. Item de Permut. p. 345, B: ἐπεῖδομεν — ἄλλῃ τὴν πόλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσασαν — καὶ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς πολεμίους οἰκήσαντας. Rogantibus XXX, missa sunt Athenas Lacedaemoniorum praesidia cum praefec-



fecto Callibio. Vid. Xenoph. p. 462, D, E. Hos Lacedaemoniorum ἐπικεύρους fuisse, qui arcem occupaverint, diserte docet Lysias adv. Eratosth. p. 183. Idemque adv. Agoratum p. 207. dicit: Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκρόπολιν ὑμῶν εἶχον. Ἐπειδὴ δὲ οἱ τριάκοντα. Jam transit ad imperium XXX tyrannorum, et Athenas in libertatem restitutas, quam historiae Graecae partem peculiariter persecutus est Taylorus in Vita Lysiae Or. Gr. Vol. VI. p. 130—140. Et multi veteres historici, oratores, alii, ejus meminerunt: quorum loca ille collegit p. 130. in nota. Xenophontis Hellen. II. locum retulit etiam Cl. Wytttenbachius in Sel. Princ. Hist. p. 202—224. egregia annotatione auctum p. 400. sqq. Nos ea suo loco attingemus, quae ad Isocratem illustrandum faciunt.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ Φεύγοντες — ἐτόλμησαν. Duce Thrasybulo, uti ex Nepote et aliunde notum est.

Καὶ Κόνων ναυμαχῶν — τῆς θαλάττης. Decem annis postea locum habuit pugnae navalis ad Cnidum, de qua supra diximus C. V. quamque Xenophon obiter tantum attingens nullam fecit Legationis istius mentionem.

Τὴν μὲν δημοκρατίαν — ἀπάντων. Primum adscribatur locus fere similis ex Or. de Perm. Ed. Or. p. 108, ubi haec omnia a Pericle repetuntur: τὸ δὲ τελευταῖον Περικλῆς καὶ δημαγωγὸς ὢν ἀγαθὸς καὶ ῥήτωρ ἄριστος, οὕτως ἐκόσμησε τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς, καὶ τοῖς ἀναθήμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν τοὺς εἰσαφικνουμένους εἰς αὐτὴν νομίζειν μὴ μόνον ἄρχειν ἀξίαν εἶναι τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων. Jam duo hic animadvertenda: primum, κοσμήσασαν dictum esse pro κοσμήσαι vel κεκοσμηκέναι, participium pro infinitivo, quod frequens esse jam ostenderunt Vigerus et Hoogev. de Idiot. p. 338. et Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 151. laudatos Wytttenbachio ad Platonis Phaedonem p. 170. qui plures variosque ejus rationis usus ad Plutarchum sese notavisse ait.



alt. Hoc quidem loco minus perspicue nobis apparere videbatur, ideoque notavimus. Ceterum in tota hac Orationis parte idem tenendum. Alterum, τοὺς ἀφικνουμένους simpliciter positum nihil aliud significare quam τοὺς ξένους, quod praeter l. l. ex Or. de Perm. luce clarius docent haec ad Nicocl. p. 19, B: ἄπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ τὴν πύλιν πάρεσχε, καὶ πρὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον· περὶ πλείστου δὲ ποιού τῶν ἀφικνουμένων, μὴ τοὺς σοὶ δωρεὰς εἰσάγοντας, ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας. Eadem voce utitur in Paneg. p. 49, E, qui locus insignis est de multitudine hospitum Athenas ad πανηγύρεις adventantium. Cf. etiam Aristides Panath. p. 7, A. et 84, B. qui habet compositum εἰσαφικνουμένους. De Perm. p. 106. Ed. Or. τοὺς ξένους τοὺς ἀφικνουμένους dixit Isocrates. Demosth. pro Cor. p. 315: τοὺς εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους ἀφικνουμένους. Verum haec facilia. Superest multo difficilior quaestio de verbis τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις, sintne ita legenda, an pro ταῖς θυσίαις reponendum τοῖς ἑσίοις, et quomodo explicanda. Harpocratonis locus, cujus auctoritate nritur posterior lectio, sic se habet: Ὅσιον. Ἐπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτωνα Φησί· Καὶ τὰ χρήματα τὰ τε ἱερὰ καὶ τὰ ἕσια. ὅ, τε Ἰσκράτης Ἀρεοπαγίτικῳ· Καὶ σοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ἑσίοις. Ὅτι δὲ τὰ ἕσια δημόσια δηλοῖ, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους σαφῶς διδάσκει περὶ τούτων· Καὶ τὰ μὲν ἱερὰ, τὰς δεκάτας τῆς θεοῦ, καὶ τὰς πεντηκοστὰς τῶν ἄλλων θεῶν σεσυληκότες· καὶ μετ' ὀλίγα· Τὰ δὲ ἕσια ἃ ἐγένετο ἡμέτερα κεκλοφάτες. Δίδυμος δὲ διχῶς, Φησὶν, ἔλεγον τὸ ἕσιον· τὸ, τε ἱερὸν καὶ τὸ ἰδιωτικόν. Unde sua surripit Suidas in voce. Probaveruntque istud τοῖς ἑσίοις, praeter Isocratis Editores, Augerium, Langium et Corajum, Valckenaerius ad Herodotum VI, 9, p. 442. Segsarius in Actis Lit. Traj. T. I. p. 83. Sluiterus Lectt. Andoc. p. 273: qui haud scio an minus recte huc retulerit Stephanum in Diatr. Isocr. VII. Quae



enim hic de Harpocratonis loco scripsit p. 31. paucissima sunt, eaque, e quibus quid senserit non facile appareat; in textu autem Isocrateo τὰς ἑσείας reliquit. Quod si ab Isocrate non profectum est, pendum sit oportet omnibus Codicibus Mss. quotquot adhuc collati sunt, antiquius: omnes enim et Codices et Editiones Veteres id tuentur; quibus omnibus sane aetate longe superior Harpocraton, facile tamen melioriter citans labi potuit; ut, nisi sua sese bonitate lectio commendet, sola ejus auctoritas non sufficere videatur. Jam si legas τὰς ἱερῆς καὶ τὰς ἑσείας, subintelligendum est εἰκδομήματα, quae nonnumquam apud veteres per ἱερὰ et ἑσεία, *sacra et profana*, designari, Valckenmerius monet, quamvis nullo exemplo allato, eosdemque hic laudari vult, quos saepe laudat Demosthenes, qui Athenarum urbem templis exornaverant, aliisque publicis aedificiis, veluti Olynth. III. p. 39: δημόσια μὲν τοῖσιν εἰκδομήματα, καὶ ἄλλα τρισῦτα καὶ τρισῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν: alibi: posterius quidem recte, si verba allata ex Or. de Perm. conferas: ut sensus sit *democratiam illam ita ornasse urbem aedificiis cum sacris*, h. e. Deorum templis, *tum publicis*, ut, caet. Universe ἑσεία veteres dixerunt τὰ δημόσια, τὰ μὴ ἑσεία, eademque ratione τὰς ἱερῆς opposuerunt, ac τὰ βέβηλα τὰς ἀβεβήλους. Sic saepissime distinguuntur χρέματα ἱερὰ καὶ ἑσεία, *pecuniae sacrae*, quas movere nefas est, et *publicae, profanae*, quibus uti licet in civitatis commodum. Vid. Stouterus l. c. ab eoque laudatus Valcken. ad Ammon. Animadvss. L. III. C. VI. p. 184, et ipse Ammonius in v. ἑσεία. Cf. item Valesius ad Harpocr. p. 58. et Gramm. Bekkeri Vol. I. p. 288. Huc pertinent loca ab Harpocrate laudata, Hyperidis in Oratione deperdita adv. Aristogitonem, et Demosthenis adv. Timocr. T. III. p. 126. item p. 89, 123, alia complura. Cf. Pollux VIII. 105. ἱερὰ καὶ ἑσεία διαίκνησις dicebatur *administratio expen-*



*sacrum in rebus sacris et publicis.* Vid. Böckh. de Oecon. Civ. Athen. Vol. I. p. 181. Similiter τὰ ἱερὰ καὶ θυσία, scil. πράγματα, *res sacrae et profanae*, distinguuntur in Lege, cujus meminit Isaeus de Philoctemonis haered. p. 469: νόθω μὴδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστεύειν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὀσίων, item de Astyph. haered. p. 533. Lycurgus adv. Leocr. p. 147: ὑπὲρ ὀσίων καὶ ἱερῶν ἀμύνειν dixit; Latine dicas *pro aris ac focis decertare*; eodem forte sensu idem p. 196: τῇ πατρίδι βροθεῖν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς νόμοις. Cf. item Demosth. adv. Aristocr. T. III, p. 25. Sed apud Isocratem κοσμεῖν τὴν πόλιν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὀσίοις non aliter quam de *aedificiis* intelligi potest: quod num Harpocratiōni, verba inter duo loca, quibus *pecuniae sacrae et publicae* significarentur, collocanti, perspectum fuerit, equidem dubito, nec vanam suspicionem censeo ipsum Isocratis librum ob oculos ei non fuisse. Contra, si τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις legatur, illud de *Deorum templis* erit accipiendum, hoc de *sacrificiis publicis*, praesertim iis, quae tempore festorum et solennium conventuum (πανηγύρεων) peragi solebant, cum ludis ac spectaculis conjuncta: de quorum pulcritudine et splendore, hospitumque advenientium multitudine classicus est locus Panegyrici p. 49, B—50, B. Saepius autem eo sensu ἱερὰ et θυσίαι conjunguntur. Insignia sunt loca Platonis Alcib. II. p. 148, E, de Atheniensibus: οἱ πλείστους μὲν θυσίας καὶ καλλίστους τῶν Ἑλλήνων ἄγομεν, ἀναθήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῶν, ὡς οὐδένας ἄλλοι. Plutarchi in Pericle p. 162, D, de decreto eo auctore facto, e Graecis civitatibus omnibus advocandos esse, et in conventum Athenas mittendos, qui deliberent περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν, ἃ κατέπρησαν οἱ βάρβαροι, καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς ἀφείλουσιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς. Xenophonis de Athen. Rep. II, 9, 2 p. 696, C: θυσίας δὲ καὶ ἱερὰ, καὶ ἑορτάς, καὶ τεμένη, γνοῦς ὁ δῆμος ὅτι οὐχ οἴοντά ἐστιν ἑκάστη τῶν



πενήτων θύειν, καὶ εὐαχεῖσθαι, καὶ κτᾶσθαι ἱερά, καὶ σόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, ἐξεῦρεν ὅτῳ τρόπῳ ἔσται ταῦτα. Aeschinis adv. Ctesiph. p. 213: ἱερά μὲν ἰδρύσατο Πausanίου, εἰς αἰτίαν δὲ εὐαγγελίων θυσίας τὴν βουλὴν κατέστησε ποιῆσαι. Alia significatione ita conjunguntur, ut ἱερά universe sacra, ritus sacri dicantur. Apud Xenophontem Hellen. II. p. 474, C, pugna commissā exsulum cum XXX viris, Cleocritus praeco sic exsules alloquitur: Ἄνδρες πολῖται, τί ἡμᾶς ἐξελαύνετε; τί ἀποκτεῖναι βούλεισθε; ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς κακὸν μὲν οὐδὲ πώποτε ἐποιήσαμεν, μετεσχήμεν δὲ ὑμῖν καὶ ἱερῶν τῶν σεμνοτάτων, καὶ θυσιῶν, καὶ ἐορτῶν τῶν καλλίστων. Plutarchus In Sol. p. 92, B, referens de legibus Solonis ligneis tabulis, quae κέρβεις dicerentur, inscriptis, subjicit: ἔνιοι δὲ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερά καὶ θυσίαι περιέχονται. κέρβεις, h. e. quibus leges de sacris et sacrificiis continentur. Sed hoc quidem loco ἱερά de templis potius accipienda esse, suadet locus supra laudatus ex Orat. de Perm. Ed. Or. p. 108. e quo, quod ad lectionis varietatem attinet, parum ceteroquin lucis oritur. Nos vulgarem ταῖς θυσίαις ejus generis esse putavimus, ut in textu servari posset: verane sit nec ne firmiter pronunciare non audeamus. Pergimus ergo ad sequentia arcte cum his conjuncta. Τοὺς δὲ τριακόντα τῶν μὲν ἀμελήσαντας, τοὺς δὲ συλήσαντας. Quaeritur quorsum referenda sint τῶν μὲν et τῶν δὲ. Si ταῖς θυσίαις in antecedentibus legatur, optime, praecunte Wolfio in Ann. subintelligitur θυσιῶν: *triginta tyrannos vero sacrificia publica neglexisse. Si τοῖς ὁμοίως ἀσφικίς publicis, profanis, non aequè aptum videtur verbum ἀμελεῖν, nisi eo sensu ut nullam eorum curam habuerint, iisque quasi manum detraxerint. Sed τοὺς δὲ quorsum pertinet? „Neque ad ἱερά,“ inquit idem V. D. „neque ad θυσίας referri potest: fortassis omis- sum est πολίτας ἢ θεοὺς aut certe ea vox subintel-*

,, II.



„ Igitur, nisi forte sit *μνημονικὸν ἀμάρτημα*, ut Isocrates  
 „ respexerit non ad *ἱερά* sed ad *ναοὺς*.” Similia sunt quae  
 scripsit in Castig. p. 820, 48, nisi quod ibi ad *τῶν μὲν*  
*ἀμ.* supplet *τῶν ἐνσιῶν καὶ ἱερῶν*. Verbum *συλᾶν* optime  
 Deorum templis convenit. Vid. Paneg. p. 60, D. et 73, B.  
 Qua propter Segaearius Op. l. p. 94. notavit, forte quem  
 genuinum putare *τὰ*, vel et post *τοῦς δὲ* excidisse *νεῶς*,  
 ob sequens *τοῦς δὲ νεωσοίκους*. „ Viderur tamen mihi”  
 sic pergit „ jam in Isocrate hic potius quaedam incogitan-  
 „ tia, tanquam si scripsisset ante *τοῖς ναοῖς*, locum habere;  
 „ cuius plura apud optimos utriusque linguae scriptores  
 „ reperiuntur exempla. Vid. Hemsterh. ad Lucian. T. I.  
 „ p. 400. et quos ibi laudat.” Idemque p. 104. *τὰ* ab  
 Augerio receptum esse notat, incertum ex ingenione an ex  
 Codd. cum nihil hic notatum sit. Recepit item *τὰ δὲ* Lan-  
 gius. Corajus servat *τοῦς δὲ*, esse putans *σχῆμα* πρὸς τὸ  
*σημαινόμενον*, uti apud Thucyd. II, 47: *νόσος — λεγόμε-*  
*νον*. Mihi dubium nullum est, quin, quacunque tandem  
 velis ratione, ad *τοῖς ἱεροῖς* referendum sit: nec improba-  
 billis videtur lectio *τὰ δὲ*, quae ob sequens *τοῦς δὲ νεω-*  
*σοίκους*, ipsa facile in *τοῦς δὲ* abire potuit: nolimus ta-  
 men in textum admittere.

*Τοῦς δὲ νεωσοίκους — χιλίων ταλάντων*. Rem ex Iso-  
 crate refert Meursius de Fortuna Ath. C. VII. Ejus etiam  
 meminit Lysias adv. Eratosth. in f. p. 186: *ὑπὲρ τε*  
*τῶν νεωρίων ἂ καβεῖλον*: et adv. Agoratum p. 207. Itaque  
 videntur *οἱ νεώσοικοι* et *τὰ νεώρια* promiscue dicta esse.  
 Posteriore vocabulo utitur Isocrates de Pace p. 179, B: *τὰς*  
*δὲ τριήρεις ἐκ τῶν νεωρίων ἐξελεγκύσαντες*. Distincte tamen  
 recenset Pollux IX, 28. ubi cf. Hemsterh. Distinxit etiam  
 Gramm. Bekkeri V I. p. 282: *Νεώσοικοι καταγωγή ἐπὶ*  
*τῆς θαλάττης ἠκοδομημένα εἰς ὑπόδοχὴν τῶν νεῶν. ὅτε μὴ*  
*θαλαττεύοιεν τὰ νεώρια δὲ ἢ τῶν ὄλων περιβολῆι* qui fere





convenit cum Etymologo, nisi quod hic habeat τῶν ὄρων. Illud fortasse rectius, si quidem Demosthenes loco classico περὶ συμμοριῶν T. I. p. 156, ait, τοὺς στρεπτηγούς δεῖν διανεῖμαι τέκεις ἑξέκα τῶν νεωρίων, σκεψαμένους, ὅπως ὡς ἐγγύτατ' ἀλλήλων κατὰ τριάκοντ' ὡσι νεώσοικοι, quos porro *triginta triremibus* inservire debere ait. Ergo νεώσοικοι *ascificia* erant *singulis triremibus destinata*: νεώρια, *ομπνίον νεωσοίκων ambitus*. Cf. etiam Harpocration, et ad eum Valesius p. 54. Antiquissima Atheniensium navalia ante Xerxis tempora erant in portu Phalero, teste Herodoto VI, 116: postea a Themistocle in Piraeum translata sunt. Vid. Meursius in Piraeo Cap. X et III. Locus, ubi ejusmodi navalia erant, dicebatur ἐπίνειον. Cf. Schol. Thucyd. ad I, 30. II, 84. Et videntur fuisse loca tecta: certe Xenoph. Hist. Gr. IV. p. 523, E. memorat τὰ τέγη τῶν νεωσοίκων, quaequam ibi de Atheniensium navalibus non loquitur.

Οἱ μὲν γὰρ ψηφίσματι παραλαβόντες τὴν πόλιν. Quo scilicet statutum erat ut Senarum reliquosque magistratus constituerent, et leges conscriberent, secundum quas Resp. administraretur. Posterius neglexerunt: prius ex amicis fecerunt. Vid. Xenoph. p. 451, 462. Diod. Sic XIV, 4.

Πεντακοσίους μὲν καὶ χιλίους τῶν π. ἀ. ἀ. Idem refert adv. Lochitem p. 397, D. In Paneg. C. XXXII. plures tribus mensibus indicta causa ab iis interfectos esse refert, quam civitas per universum imperii tempus condemnasset: ubi cf. Morus. Rem narrant etiam Aeschines de Falsa Leg. p. 114: contra Ctesiph. p. 240. Heraclides de Polit. p. 2. Diog. Laërt. in Zenone p. 437. Ed. Casaub. habet χιλίους καὶ τετρακοσίους, quem librarii errorem esse censei Corajus ad h. l. Non adaito numero refert Lysias adv. Eratosth. p. 159, 178. Pro Aristoph. botis p. 297, ita interemtos ait Nicophemum et Aristophanem. In primis eos interfecere qui virtute et di-



divitiis eminebant, unde Isocrates Amart. p. 402, A, ait eo tempore δεινότερον fuisse πλουτεῖν ἢ ἀδικεῖν. Cf. Lysiae Pro Niciae bonis p. 285. Fictam moderationem consecuta est tanta crudelitas: qua de re egregia sunt loca Sallustii de bello Cat. C. 51, et Diod. Sic. XIV, 4, ubi cf. Wessel. De nostro loco, uti et univ. de historia XXX virorum, pauca quaedam dedit Hemsterh. ad Schol. Aristoph. in Plur. p. 440. et sq. — Ἄκριτος Harpocr. interpretatus ἀδιάκριτος, ad quem cf. Vales. p. 5. Quinam vere dici possint ἄκριτοι, Lysias eleganter docet adv. Epicr. p. 424. Εἰς δὲ τὸν Πειραιᾶ Φεύγειν πλείονας ἢ πεντακισχιλίους ἤναγκασαν. Metu, inquit Wolfius, ne et ipsi per injuriam occiderentur. Recte: sic enim ἀναγκάζειν h. l. intelligendum: crudelitate sua effecerunt ut in Piraeum confugere cogerentur quinque milia hominum. Eodemque modo accipiendum apud Diodorum Siculum XIV, 32: μετώκισαν αὐτοὺς εἰς τὸν Πειραιᾶ, effecerunt ut in Piraeum habitatum concederent. Quid porro de illis factum sit, Xenophon docet L. II. p. 470, D: Φευγόντων δὲ ἐς τὸν Πειραιᾶ, καὶ ἐντεῦθεν πολλοὺς ἄγοντες, ἐνέπλησαν καὶ τὰ Μέγαρα καὶ τὰς Θῆβας τῶν ὑποχωρούντων. Eos qui in Piraeum aufugerent, eo consilio ut inde navibus elaberentur, persequentes XXX tyranni, fecerunt ut Thebae et Megara replerentur exsulis. Vid. Cl. Wyttenbachii Annotatio p. 406. Ceterum numerum exsulum nusquam alibi me traditum invenire memini.

Οἱ δὲ κρατήσαντες — τῶν κατελθόντων. Οἱ δὲ sunt exsules, qui partim in Piraeum, partim in alia loca, Megaram, Thebas, aufugerant. Ἡ κρατήσαντες, victoria potiti (ausi enim erant duce Thrasybulo κατελθόντες πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, ut supra dixit), καὶ μεθ' ὅπλων μετιόντες, et armis persecuti, hostes, triginta tyrannos eorumque copias, ut non opus sit Wolfii conjectura κατιόν-



τες, redeuntes ab exiliis: victoria enim accepta eos hostes persecutos esse, diserte Xenophon refert p. 471, C. et 474, B: αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους τῶν κακῶν ἀνελθόντες, ὑβλασθῆναι ἵππῃσι τοῖς ἰσχυροτάτοις τοῖς ἀδικησάντων. Critia et Hippomacho e triginta, Charmide e decem praefectis Piraei proelio caesis (Vid. Xenoph. l. c.), tandem Pausaniae quoque opera res eo deducta est, ut pax restitueretur, et ut quisque, exceptis triginta tyrannis, et Undecimviris, et decem Piraei praefectis, ad sua abiret: nec ita multo post jurejurando se obstrinxerunt, ἵνα μὴν μὴ μησι κακῆσειν, injuriarum non amplius memores fore. Res nota est e Xenophonte p. 478, C. et 479, B. Hoc significat Isocrates ultimis illis: οὕτω τὴν πρὸς ἀλλήλους καλῶς καὶ νομίμως διώκησαν: ὥστε μηδὲν ἑλαττον ἔχειν τοὺς ἐκβαλόντας τῶν κατελθόντων. In quibus temere lectionem πρὸς ἀλλήλους sollicitarunt Augerius, Langius et Corajus (Vid. Var. Lect.). Sensus enim est: sic res inter se pulchre et legitime composuerunt, nimirum, qui in urbe cum XXX manserant (οἱ ἐκβαλόντες), et qui antea exsules armorum vi reditum sibi in patriam paraverant (οἱ κατελθόντες), ut caet. Xenophon item l. c. habet: οἱ δὲ διήλλαξαν, ἐφ' ᾧ τε εἰρήνην μὲν ἔχειν ὡς πρὸς ἀλλήλους.

## C A P. X X V I I I.

Δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄσσει μεινάντων ἑκατὸν τάλαντα, κ. τ. λ. Rei mentionem fecit etiam Xenophon p. 476, B. Lysias adv. Eratosth. p. 168. Demosth. adv. Lept. T. II. p. 134. Οἱ τὸν Πειραιᾶ κατέχοντες, sunt qui Piraeum tenebant, partim ab initio tyrannidis eo profugii, partim qui aliunde reduces ductu Thrasybuli se cum illis conjunxerant. Vid. Xenoph. l. c. et p. 472, C. et 475, B. Wolfii conjectura



tam κατωσχόντων, qui occupaverant, contra omnium Codicum et Veterum Editionum fidem non recipiendam putavimus.

Διὰ ταύτην τὴν γνώμην. Recte Corajus: διὰ τὴν περὶ τῆς ἀποδόσεως ταύτην κρίσιν.

Ὡστε Λακεδαιμονίους — Θηβαίων γενόμενους. Lacedaemoniis clade ad Leuctram afflictis, Thebani, facta irruptione in agrum Laconicum, Spartam ipsam obsederunt. Metu percussi illi Legatos ad Athenienses miserunt, qui auxilia ab iis peterent. Rem narrat Xenophon Hist. Gr. VI. p. 607, C — 609, C. et significat etiam alibi Isocrates ad Phil. p. 91, A: de Pace p. 180, D.

Οἱ μὲν γὰρ ἡξίουσιν — ἔχειν. Οἱ μὲν sunt οἱ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντες. — Οἱ δὲ, sunt οἱ δημοτικοὶ καλούμενοι uti supra dixerat Cap. XXVII. De re ipsa comparetur locus adv. Lochitem p. 397, C: αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς δις ἤδη τὴν δημοκρατίαν ἐπέειδομεν καταλυθεῖσαν, καὶ δις τῆς ἐλευθερίας ἀπεστερήθημεν, οὐχ ὑπὸ τῶν ταῖς ἄλλαις πονηρίαις ἐνόχων ὄντων, ἀλλὰ διὰ τοὺς κατὰφρονούντας καὶ βουλομένους τοῖς μὲν πολεμίοις δουλεῦειν, τοῖς δὲ πολίταις ὑβρίζειν.

## C A P. X X I X.

Ἐλαττόνων συμφορῶν. Comparativus pendet à subintellecto ἢ αἱ ὀλιγαρχίαι. Nam hoc est quod ex comparatione praesentis malae democratiae cum oligarchia triginta virorum efficere voluit.

Καὶ κοινοτέρας, ἢ. ε. κοινωφελεστέρας, publicae utilitati magis inservientes. Eodem sensu occurrat ad Phillpp. p. 84, C, ubi in margine notaverat Hemsterhusius, teste Sægaario in Act. Traj. T. I. p. 105. Verba fortasse ideo omiassa sunt (Vid. V. L.) quia non intelligebantur.

Z

CAP.



## C A P . X X X .

Τάχ' οὖν, *Fortasse vero*. Grammaticus ap. Bekkerum An. Vol. I. p. 309, notavit. Τάχα' παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἀντὶ τοῦ ταχέως, παρὰ δὲ τοῖς ῥήτοσι τὰ πολλὰ εὐρίσκειται ἀντὶ τοῦ ἴσως κειμένον, ἥκιστα δὲ παραλαμβάνεται ἐπὶ δισταγμοῦ. Plura et magis distincta habet Thomas Mag. p. 835.

## C A P . X X X I .

Ὀλίγα μὲν κατορβοῦντας πολλὰ δ' ἐξαμαρτάνοντας, i. e. *pauca bene, multa male gerentes*. Sic eadem verba opponuntur ad Philipp. p. 89, B: πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορβοῦν. Eodemque fere sensu κατορβοῦν occurrit in Euag. p. 196, E. Frequentius tamen de *felici successu* usurpatur. Cf. Aristot. Rhet. I, 6, 41. 9, 58. Recte jam Wolfius annotavit: „ Verbum κατορβοῦν et ad *animum* et ad *fortunam* refertur: κατὸρθωμα „ aut *recte factum est*, aut *successus et res bene gesta*.” Illa significatione philosophis usitata vox.

Εἰ κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομ. γεγὼν. *Si legibus melius pareamus quam furentes et insanientes homines*. Intelligendum de tyrannico furore, quo et XXX viri et omnes paucorum imperii fautores in leges violandas et miseros cives vexandos ferebantur. Sic etiam de Pace p. 131, B. mentio fit τῆς ἐπὶ τῶν τριάκοντα μανίας: et mox hoc ipso Cap. memorat τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν. Verbum κακοδαιμονῶν proprie *maio genio agitari*, vel significat *furere*, estque fere synonymum τοῦ μαινέσθαι, ut h. l. et apud Xenophon. Mem. II, 1, 5. Aristoph. Plut. 372, ubi cf. Spanhemius; vel *adversa fortuna uti*, ita ut opponatur τῷ εὐ-



εὐδαιμονεῖν, quippe veteres δαίμονος nomine etiam *fortu-  
nam* intelligebant: ita certe hujus significationis rationem ex-  
posuit Muretus ad Cicer. Cat. I. Opp. T. II. p. 552. Eo  
sensu occurrit ap. Dinarchum adv. Demosth. p. 51: εἰ μὲν  
οὖν ἔτι δεῖ τὴν πόλιν τῆς Δημοσθένους πονηρίας καὶ ἀτυ-  
χίας ἀπολαβεῖν, ἵνα πλεον κακοδαιμονῶμεν, ut *majoribus  
premanur cladibus* vertit interpres. Minus recte Stepha-  
nus in Thes. videtur distinxisse inter κακοδαιμονέω, *ad-  
versa fortuna uti*, et κακοδαιμονάω, *male genio agitari*, si  
quidem illud Atticis non fuit in usu, auctore Thoma Ma-  
gistro p. 491. ubi vid. annott. Nonnunquam plus esse quam  
μαίνεσθαι ex Aristoph. Plut. 502. notat Corajus.

## C A P. X X X I I.

Ἐπίσταμαι γὰρ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τόποις — πρὸς ἄρε-  
την διαφέροντας. Elegans comparatio, si qua est, sed ad  
cujus elegantiam penitus perspiciendam animadvertendum  
est τοῖς ἄλλοις τόποις, h. e. ταῖς ἄλλαις χώραις, *reliquis  
regionibus*, quae feraces erant fructuum, arborum, anima-  
lium, Isocratem opponere τὴν ἡμετέραν χώραν, h. e.  
*Atticam*, cujus, quamvis melle et olivis abundaret, uni-  
verse solum erat siccum et sterile, quod vel e Thucydide  
I, 2, notum, multorum poetarum scriptorumque testimo-  
niis confirmatur, quorum complura collegit Doct. Willetus ad  
Galenī Protrept. p. 92. Sensus itaque huc redit: „ ut reli-  
quae regiones suos quaeque fructus, arbores, animalia  
habent, sibi propria, atque a reliquarum regionum pro-  
ventibus natura differentia; sic nostra regio, non illa qui-  
dem ita frugum ferax est, sed multo meliora et praestantiora  
profert, homines, eosque, qui non solum ad omnia agenda  
ac perficienda optima indole praediti sint, sed fortitudinae  
et virtute reliquarum omnium regionum incolis antecellant.”



Elegantiam hujus loci in eadem argumento satis bene assecutus est Aristides in Panath. p. 11, A, B. Nec male Wolfius contulit Homeri de Ithaca dictum Od. 'I, 27: τριχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. Quod autem ad illud attinet, unde comparatio desumpta est, aliis in terris alia crescere, de eo argumento egregie cecinit Virgilius Georg. I, 53—59:

*Hic segetes, illic veniunt felicius uvae:  
Arbori foetus alibi, atque injussa virescunt  
Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,  
India mittit ebur, molles sua thura Sabaei?  
At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus  
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?  
Continuo, has leges, aeternaque foedera certis  
Imposuit natura locis.*

Conf. etiam II, 116. et sqq. Nec minus egregia sunt haec Themistii, diversitatem istam a Prometheo repetentis, Or. V. p. 122: ὁ δὲ (De Prometheo sermo est) αὐτὴν-τῆν γῆν κατεποίκιλλε, καὶ διένεμεν ἐκάστῳ μέρει τὰ παρὰ τῶν θεῶν δεδομένα· νέμων δὲ, τὴν μὲν ληϊῶν εὐπορον ἀπεργάζετο, τὴν δὲ ἀμπέλοις ἐκόσμη, τὴν δὲ τῷ κάρτῳ τῆς Ἀθηνᾶς, ἄλλην δὲ ἀκροδρύων πλήθει, ἄλλην δὲ ὕλης εὐτροφία κατὰ περ κόμη· καὶ τῆ μὲν χρυσοῦν ἐγκατέσπειρε, τῆ δὲ χαλκῶν, τῆ δὲ ἀργυροῦν, τῆ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἐκάνισῶν ὅτι μάλιστα ἐκάστῳ μέρει τὸν κόσμον.

Φύσεις ἐγγιγνομένας καρπῶν καὶ δένδρων καὶ ζώων ἰδέασθαι ἐν ἐκάστοις καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διαφερούσας. Istud φύσεις καρπῶν καὶ δένδρων nihil aliud esse videtur quam periphrasis, ἢ καὶ καρποῦ καὶ δένδρου. Quem usum vocis φύσις apud Graecos, uti et naturae apud Latinos, frequentem esse, compluribus exemplis ostendit Cl. Wyttebachius ad Platonis Phaedonem

P.



p. 232, e quibus unum hoc referamus, quod maxime ad rem praesentem facit, Dionis Chrys. Or. XXXV, p. 435, C: εἰσὶ δὲ λειμῶνες αὐτόβι πάγκαλοι, καὶ φύσις (uti pro φύσιν emendat Wyt.) ἀνθῶν τε καὶ δένδρων. Quod sequitur ζῶων ἰδέας, *animalium genera*, item eodem redit ac si dixisset ζῶα, et frequens ea significatione est vocabulum ἰδέα Isocrati. Panath. p. 259, E, ubi memorat τρεῖς ἰδέας τῶν πολιτειῶν. Hel. p. 210, E: de Perm. p. 319, C. Nec tamen puto temere scripsisse Wolfium in Ann. ad ista ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τόποις — ἐν ἑκάστοις. „Durius constructio, nec mendii suspitione vacat. Etsi huiusmodi sive trajectiones verborum, sive pleonasmī, passim apud bonos, auctores occurrunt.” Inest enim et meo sensu nescio quid duri, ut si modo codicum auctoritas accederet, malim elegantem conjecturam Langii legentis ἰδίαις, quae certe universae orationi melius convenire videtur: magis utique illa probanda quam, quod Corajus proposuit, servata lectione ἰδέας, in sequentibus legere κατὰ πολὺ διαφερούσας. Mihi aliquando in mentem venerat legendum esse φύσει ἐγγιγνομένας, κ. τ. λ. ita ut ἰδέας etiam ad καρπῶν καὶ δένδρων referretur: *natura*, h. e. propria cujusque regionis indole, *singulis inesse genera frugum et arborum et animalium, eaque multum a reliquis* (h. e. a reliquarum regionum frugibus) *diversa*. Sed possumus omni conjectura carere, dummodo, quod et in ipsa illa interpretatione feci, in verbis καὶ πολὺ τ. ἔ. δ. particula καὶ intensive accipiat, ac si scriptum sit καὶ ταύτας, *et eas quidem, sive vel eas multum ab aliis diversas*.

Τὴν δ' ἡμετέραν χώραν ἀνδρας καὶ τρέφειν καὶ φέρειν δυναμένην, κ. τ. λ. Eadem laus Atticae tribuitur De Pace p. 246: ἰαδίον ἐστι καταμαθεῖν καὶ τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτι δύναται τρέφειν ἀνδρας ἀμείνους τῶν ἄλλων. De Italia idem cecinit Virgilius Georg. II, 168. et seqq. Est autem in





his elegans gradatio: magnum est si qua regio excellentes viros, aliunde advenas, *τρέφει, nutriat, alit, fovet*, veluti *nutrix, τρεφδς*: majus etiam, si eos ipsa *φέρει, proferat*, si ipsa eorum quasi *mater* sit. Respicitur origo Atheniensium, qui sese *αὐτάρχους* ferebant, habebantque *τῆν τὴν χέραν τρεφδν, ἐξ ἧσπερ ἔφουσαν*, ut ait in *Panath. p. 258, C.* Classica hac de re loca sunt *Paneg. C. IV.* ubi aliorum loca notavit Mornis nota *d.* tum *Thucydidis I, 2.* Cf. etiam *Aristides p. 6, A.* Hinc apparet, quam egregie fallatur qui putet scribendum potius fuisse *φέρειν καὶ τρέφειν*, cum tamen illud hoc antecedere debeat.

*Πρὸς τὰς τέχνας καὶ τὰς πράξεις εὐφύεστατους.* Πρὸς τὰς τέχνας εὐφύεστατοι dicuntur quoque Athenienses in *Paneg. p. 47, B,* e quo loco apparere videtur, intelligi eorum sagacitatem in inveniendis iis artibus quae ad meliorem vitae cultum ducunt. Nostro autem loco *τέχνας* et *πράξεις* ita distingui possunt, ut illud ad artium inventionem et cognitionem referatur, hoc ad earum usum in vitae commodum: ut sensus sit, *eos optima indole praeditos esse non tantum ad inveniendas et addiscendas artes, sed etiam ad eas in vitae utilitatem exercendas, adhibendas.*

'Αλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ πρὸς ἀρετὴν διαφέροντας. Hac de re ita *Lycurgus p. 151*: *τοῦτο γὰρ ἔχει μέγιστον ἢ πῶλις ἀγαθόν, ὅτι τῶν μὲν καλῶν ἔργων παράδειγμα τοῖς Ἕλλησι γέγινε· ὅσον γὰρ τῆ χρένη πασῶν ἐστὶν ἀρχαιότατη, τοσοῦτον οἱ πρόγονοι ἡμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀρετῇ διετηνέχασιν.* Quod deinceps probat ex historia *Codri.*

Τοῖς τε παλαιοῖς ἀγῶσιν — ἠξιόησαν. Similitudinis causa comparatur locus *Xenophontis Mem. III, 5, §. 9, 10,* ubi eorundem omnium bellorum mentio fit. Breviter significamus *bellum cum Amazonibus* fuisse tempore *Thesei*, abreptae *Antiopes* recuperandae causa; *cum Thracibus*, quibus *cum Eleusiniis* conjuncti erant, aetate *Erechthei*; cum



*omnibus Peloponnesiis*, in Heraclidarum, qui Athenas supplices venerant, gratiam adversus Eurystheum regem gestum esse. Nam de rebus notissimis non est quod multa dicamus, praesertim cum frequentissima horum bellorum, uti et Persicorum, mentio sit; in Paneg. C. XV—XXVII. ubi cf. Morus. Panath. p. 242, D—243, B: 273, C—274, D: Archid. p. 124, C: ad Phil. p. 112, A: de Pace p. 166, E, et sq. Cf. Aristides in Panath. p. 23—51. De bello adversus Thraces suavissimus locus est, Lycurgi adv. Leocr. p. 159—164, et de pugna Marathonica ibid. p. 166. Gloriarī hisce fortibus factis solebant Athenienses. Cf. Herodotus IX, 27. Oratio Legatorum Atheniensium ap. Thucyd. I, 73. et sqq. item Periclis ibid. C. 144. Plura passim occurrunt.

Ἀριστείων ἡξιώθησαν. Vid. hac de re Morus ad Paneg. Cap. XX. nota e.

C A P. X X X I I I.

Καὶ μηδεὶς οἰέσθω τὴν εὐλογίαν ταύτην προσήκειν ἡμῖν. *Nemo vero censeat, hanc laudationem, has laudes, convenire nobis, i. e. nos tantis laudibus dignos esse. Minime vero, istis laudibus nostra potius reprehensio continetur, quippe qui a majorum virtute defecimus.*

Τὰς εὐγενείας. *Εὐγένεια* in primis illis tribui solet, quorum majores bellica laude inclaruerunt, ignavia amittitur. Lesbonax Or. Hortat. p. 207: ὅστις μὲν γὰρ πρότερον δοκῶν εὐγενῆς, οὖν μὴ θελήσει διαμάχεσθαι, τὴν τ' ἐκ τῶν προγόνων ὑπάρχουσαν εὐγένειαν ἀπολεῖ καὶ τοῖς παισὶ δυσμένειαν (f. l. δυσγένειαν) ἀπολείπει· ὅστις δὲ ἐν τῇ ἔργῳ ἀνὴρ ἀγαθός, τῶν τε προγόνων τὴν ἀρετὴν ἀναμνήσει, τοῖς τε παισὶν εὐγένειαν καταλείπει· τῶν γὰρ ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνδρῶν ἀγαθῶν γενομένων οἱ παῖδες εὐγενεῖς νομίζονται. Ei.



Ειρήσεται γὰρ τὰ ληθές. Eadem formula utitur Demosth. Or. adv. Philippi Ep. T. I. p. 168: ἡμεῖς δὲ (εἰρήσεται γὰρ τὰ ληθές) οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα. Similes sunt complures Asiae Oratoribus usurpatae. Andoc. de Pace p. 276: τὰ γὰρ οὐτὰ λέξω. Lysias in Simonem p. 28: ἅπαντα γὰρ δεῖ τὰ ληθῆ λέγειν. Adv. Andoc. p. 74, et pro Manticth. p. 272: τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν. Dinarch. contra Philocl. p. 81: εἰ δεῖ τὰ ληθῆ λέγειν (δεῖ δὲ). Contra Demosth. p. 16: εἰρήσεται γὰρ ἢ γινώσκω. Dionys. Hal. in Vita Isocr. p. 276, init. εἰ δὲ χρὴ τὰ ληθές εἰπεῖν.

Ἐμπεπτάκαμεν εἰς ἄγνοιαν καὶ παραχῆν καὶ πον. πρ. ἐπ. Ἄγνοιαν Wolfius interpretatur ἀκρίσιαν τοῦ τε πρέποντος καὶ τοῦ συμφέροντος, neque quid deceat, neque quid expediat vere judicamus. Sic fere convenit cum ea quam C. IV. ἀναισθησίαν dixit. De Pace p. 182, B: ἢ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων δρᾶτε, ταῦτ' ἐφ' ὑμῶν ἄγνοεῖτε αὐτῶν. Ἄγνοια ἐπὶ παραχῆ junguntur de Perm. Ed. Or. p. 75: ἦν δ' ἀναλογισασθε τὴν ἄγνοιαν, ὅσων ἔχομεν πάντες ἄνθρωποι, καὶ τοὺς φθόνους τοὺς ἐπιγιγνομένους ἡμῖν, ἔτι δὲ τὰς παραχὰς καὶ τὴν τέρβην ἐν ἧ ζῶμεν, κ. τ. λ. Sed praestat fortasse legere ἄνοιαν, quod conjecit Corajns, et ante eum conjecerat ipse Wolfius: nobis item aliquando in mentem venit. Saepè permultis in locis Atheniensium insania, dementia, culpatur, maxime in Orat. de Pace. Ἄνοιας mentio ibi fit p. 160, A, et mox sequitur I. C. ἵ ὡς οἴβν τε παραχωδέστατα διακεῖσθε. Pag. 165, B: ἐκ δὲ τοῦ δίκαιον τὴν πόλιν παρέχειν, καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μὴ τῶν ἄλλοτρίων ἐπιθυμεῖν παρ' ἐκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν. ὡς οὖν ἀλογίστως καὶ λίαν εἰκῆ πολλὴν ἤδη χρόνον καταφρονῶμεν· εἰς τοῦτο γὰρ τινες ἄνοιας ἐληλύθασιν ὡς ὑπεκλήφασιν τὴν μὲν ἀδικίαν ἐπονείδιστον μὲν εἶναι, κερδάλειαν δὲ καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν· τὴν δὲ δικαιοσύνην εὐδόκιμον μὲν, ἀλυσίτελη δὲ καὶ

κ. τ. λ. Επ; quae intelligatur *ἔνοια*, ea, quam sequantur *ἀδικίαι*, sive, ut nostro loco est, *πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμίαι*. Similiter *ἔνοια* memoratur p. 175, B: 183, E: 184, D. *ἔνοια καὶ μανία τῶν τὴν ἀδικίαν πλεονεξίαν εἶναι νομιζόντων*, p. 162, C. *μωρία*, p. 168, D. *ἄφροσύνη* et *ἔνοια* eorum qui, cum Attica vastaretur, Sicilia sese potituros putarent, p. 176, A. Quae omnia eo majorem vim habent, quod saepius similitudinem ejus Orationis cum nostra notavimus. In Paneg. p. 68, E. prospere gestae res Regis Persarum ab Atheniensium *ἔνοιᾶ* repetuntur. Panath. p. 235, D. mentio fit *μανίας* in mutuis dissensionibus conspicuae. Confusa saepius esse duo ista vocabula, et literarum similitudo probabile reddit, et usus docet. Vid. Thucyd. VI, 89, cujus Scholiastae ad C. 16. itidem *ἔνοια* pro *ἄγνοια* restituendum est. In Or. ad Nicocl. p. 17, D: *ἔνοια* et *διάνοια* opponuntur: in Or. de Perm. p. 343, C, ubi eadem repetuntur, sed antea legebatur *ἄγνοιαν*, recte ex Wolfii emendatione *ἔνοιαν* ediderunt Langius et Corajus. In Platonis Lachete p. 197, A. itidem requiri *ἔνοιαν*, *absentiam mentis*, non *ἄγνοιαν*, *ignorantiam*, monuit me Cl. Bakius. Quid differant docet Valcken. ad Herod. VI, 69.

Ἦν ἐπακολουθῶν τοῖς ἐνοῦσιν, κ. τ. λ. Similiter de Pace p. 173, B: *δέδοικα*, inquit, *μηδὲ διὰ τὸ πολλάκις ἐπιτιμῆν δόξω τισὶ προαιρεῖσθαι τῆς πύλεως κατηγορεῖν*. Videtur autem ex conjectura Wolfii pro veteri *τοῖς αἰνοῦσιν* quod nihili est, legendum esse *τοῖς ἐνοῦσιν*, praesertim cum ea lectio Codice LB. confirmetur. Sic sensus est: *si persequens, ad finem perducens ea quae dicenda supersunt*, et subintelligitur Infinitivus *εἰπεῖν*, qui eidem formulae *τὰ ἐνόντα* additur ad Phil. p. 104, D: de Perm. p. 345, C. Cf. et Busir. p. 229, E: de Pace p. 188, A. Saepius confundi *ε* et *αι* monet Koen. ad Gregor. de Dial. p. 146, 190, 249. sq. Nec tamen plane spernendum quod Corajus offert *τοῖς νῦν οὔσιν*,



h. e. τοῖς νῦν πολιτευομένοις, maxime ob verbum ἐπακλουθεῖν frequens significatione *insectandi*, *vituperandi*.

Δέδοικα μὴ πέρρω λίαν τῆς ὑποθέσεως ἀποπλανηῶ. Ratio reddenda lectionis ἀποπλανηῶ, quam e Wolfii conjectura nos recepisse significavimus pro alia ἀποπλανῶ. Hanc Langius defendere conatus est observatione Stephani Thes. T. III. p. 343. ἀποπλανῶ novo prorsus modo accipi posse pro ἀποπλανηῶ. Idem tamen Stephanus in Edit. reliquit ἀποπλανηῶ. Nostro quidem iudicio recte animadvertit Corajus, si ἀποπλανῶ scripserit Isocrates, addendum fuisse ὑμᾶς, uti bis occurrit apud Aeschinem adv. Ctesiph. p. 566 et 579. Ed. Min. p. 219, in f. et 224. in f. Ἰνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως. Hoc loco autem passivum postulant quae supra jam dixerat Cap. XXVI. init. cum de triginta tyrannis narrare inciperet: βούλομαι δ', εἰ καὶ τι με φήσουσιν ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν.

## C A P. X X X I V.

Παραχωρήσομαι, *cedam*, *locum concedam*. Dicitur de Oratore qui, dicendi fine facto, de suggestu descendens alii dicendi locum praebet. Sic Andocides Or. I. p. 184: εἰάν τις ἐλέγξῃ με, ὅτι ψεύδομαι, χρήσασθέ μοι ὅ, τι βούλεσθε· καὶ σιωπῶ, καὶ παραχωρῶ, εἴ τις ἀναβαίνειν βούληται. Cf. de hoc verbo not. ad Thomam Mag. p. 133.

## C A P. X X X V.

Κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, *secundum eandem rationem*, *eadem ratione*, sive ut barbare dicas, *proportione*, scil. qua, si servaverimus malam reipublicae administrationem, omnia cum ea conjuncta mala patiemur, *eadem*, inquam, *ratione*, si eam immutaverimus, aequae prosperas res geremus. Eodem sensu

le-



legitur in Nicocl. p. 29, D: αἱ δὲ μοναρχίαι, πλεῖστον μὲν νέμουσι τῷ βελτίστῳ, δεύτερον δὲ τῷ μετ' ἐκείνον, τρίτον δὲ καὶ τέταρτον τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, eadem ratione, h. e. ut quo quis sit inferior, eo minus ipsi tribuatur.

Ἀνάγκη γὰρ ἀποβαίνειν. Nam ut ait Aristoteles Rhet. I, 4, 17: ἀπὸ γὰρ τῶν ὁμοίων τὰ ὅμοια γίνεσθαι πέφυκε.

C A P. X X X V I.

Δεῖ δὲ τὰς μεγίστας αὐτῶν παρ' ἀλλήλας τιθέντας, κ. τ. λ. De peroratione, quae hic incipit; constatque comparatione pristini et praesentis Reip. status, cff. supra dicta in Introductione.

Ποτέρας ἡμῖν αἰρετέον ἐστι. Proprius et Graecus usus Gerundii, quem et Latini subinde sequuntur, magna exemplorum copia probatus a Cl. Wyttenbachio Philom. P. II. p. 15. notatus etiam Willetto. ad Galeni Protr. p. 137. Addantur sequentia. Isocrates in Paneg. p. 42, D: Φευκτέον ταῦτ' ἐστί. Ep. VI. p. 419, E: τὰς πράξεις τὰς καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν σκεπτέον. Andocides Or. III. p. 287: ταύτην οὐκ ἀκτέον φασὶ τὴν εἰρήνην τινὲς εἶναι. Lysias Or. IV. p. 618 τοὺς νόμους ἐξελειπτέον. Lycurgus adv. Leocr. p. 142: κολαστέον ἐστί τοῦτον. Demosth. Olynth. II. p. 24: πολλὴν δὲ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν. Casus personae, monente item Wyttenbachio, vel ut h. l. Dativus est, vel Accusativus. Archid. p. 133, E: δεινότερας συμφορὰς ὑπομένετέον ἡμῖν. Ep. VII. ad Timoth. p. 422, D: ἑτέρουσ σοὶ συμβούλους παρακλητέον. Accusativi rarius exemplum hoc est e Xenophi. Mem. III, 11, 2: ταύτην ἡμῖν χάριν ἐκτέον, haec nobis gratias agere debet. De usu Gerundii pluralis in ἑα. pro singulari In ἑόν.



Anticis proprio, notavit Gregorius de Diali §. 63. Sic Thucyd. I, 86: οὐς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστίν.

Ὅταν ἔχη κατὰ τρέπον ἡμῖν, Quando, uti oportet, deest, erga nos se e habeant, gerant. Κατὰ τρέπον elliptice dicitur pro κατὰ τὸν δέοντα ἢ πρέποντα τρέπον, monente Coraio, cuius haec est horum verborum paraphrasis: ὅταν προσφέρωνται καθὼς πρέπει εἰς ἡμᾶς. Eodem sensu legitur supra Cap. IV. et Philipp. p. 91, C. Adverbii locum tenens recte ponitur cum ἔχειν et Dativo personae, uti similia complura sunt satis nota, εὐνεϊκῶς ἔχειν τινὶ, δυσκόλως ἔχειν τινὶ, caet. Itaque non est, quod quis suspicetur, scriptum olim fuisse ὄντιν' ἐν ἔχη κατὰ τρέπον ἡμῖν, quod et verborum collocationi minus convenit.

## C A P. XXXVII.

Latus hoc Cap. exponitur quod supra Cap. XX. breviter dixerat: παρεῖχον γὰρ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς μὲν Ἕλλησι πιστοὺς τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερούς.

Ὅστε τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐκόντας ἐγχειρίζειν τῇ πόλει σφᾶς αὐτοὺς. Conferatur locus de Pace p. 174, C. Eleganter in laudem Timothei dixit De Perm. p. 74. Ed. Or. τοῖσι γάρτοι διὰ τὴν δόξαν τὴν ἐκ τούτων περιγιγνομένην πολλὰ τῶν πόλεων, τῶν πρὸς ἡμᾶς ἐυσκόλως ἐχούσῶν, ἀναπεπταμένους αὐτὸν ἐδέχοντο ταῖς πύλαις.

Ὅστ' οὔτε μακροῖς πλοίοις — κατέβρινον. De Phaselide et Haly fluvio, terminis ditionis regiae, agitur, etiam in Panath. p. 244, E. Phaselidis solius mentio fit in Paneg. p. 65, B. sive Cap. XXXIII. Victis Persarum copiis ad Eury-medontem fluvium a Cimone, Athenienses cum Artaxerxe foedus fecerunt, quo istis finibus ejus regnum circumscriberetur; qua de re egregius est Lycurgi locus ady. Leocr.



p. 154. C. XVII, Moro quoque ad locum Paneg. laudatus: καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης, οὐ τὸ ἐν Σαλαμῖνι τριπικαιον ἀγαπήσαντες ἔστησαν, ἀλλ' ὄρους τοῖς βαρβάροις πήξαντες τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, καὶ τούτους κωλύσαντες ὑπερβαίνειν, συνθήκας ἐποίησαντο, μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ πλεῖν ἐντὸς Κυανέων καὶ Φάσιδος (leg. Φασήλιδος uti recte docet Taylorus), τοὺς δ' Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι, μὴ μόνον τοὺς τὴν Εὐρώπην ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας. Non diserse quidem eo loco Halys memoratur, sed ejus mentio intelligitur ex iis quae de Graecis in Asia habitantibus dicuntur. Quare autem *Halys* fluvius terminus statueretur, ratio petenda videtur cum ex eo quod Croesi ditio eo terminata fuerat, tum ex ea Asiae divisione, qua in *Asiam cis Taurum* et *ultra Tauum* distinguebatur, illaque etiam dicebatur *Asia intra Halyn*. Vid. Cellarii *Orbis Antiq.* L. III. C. I. in primis §. 6 et 13. ibique laudata Herodoti et Strabonis loca; et de *Halys* anni C. VIII. §. 57. Et hic quidem in continente terra terminus erat: mari *Phaselis*, Lyciae in Pamphiliae finibus urbs, de qua vid. Cell. ibid. C. III. §. 164. et C. VI. §. 4. Lycurgus meminit etiam *Κυανέων*, quod quomodo intelligendum sit, patet ex Aristide Panath. p. 57, E, qui distincte refert Regem Persarum convenisse *δυοῖν ὄροις εἶσιν μηκέτι πλευσεῖσθαι, πρὸς μεσημβρίαν μὲν Χελιδονέας, πρὸς δὲ ἄρκτον, Κυανέας*. Scilicet cum mari ab utraque Asiae parte, vel Ponto Euxino a septentrione, vel mari Interno a meridie navigari poterat, utroque loco terminus erat statuendus. Itaque a septentrione termini loco constitutae sunt *Insulae Cyaneae*, sitae prope ostium Ponti Euxini ad Bosphorum; a meridie vero *Chelidoneae insulae*, sive, uti Isocrates et Lycurgus habent, urbs *Phaselis*, ad quam illae insulae jacent. Eisdem memorat Aristides p. 72, A. et Or. in Romanam p. 100, D. Non semper eosdem





fuisse terminos docet ibid. p. 102, B: οὐ τοίνυν οὐδὲ μέχρι τούτων τῶν ὄρων ἐκεῖνος γέ (Rex Persarum) κυρίως αἰεὶ βασιλεὺς, ἀλλ' ὅπως ἢ Ἀθηναῖοι δυνάμει, ἢ Λακεδαιμόνιοι ἔχοιεν τύχης· οὖν μὲν ἕως Ἰώνων καὶ Αἰολέων καὶ θαλάττης βασιλεὺς· πάλιν δὲ οὐκέτι Ἰώνων, οὐδὲ ἕως θαλάττης· ἀλλ' ἄχρι Ἀυδῶν· οὐχ ὄρων θάλατταν ἐκ τῶν πρὸς ἐσπέραν Κυζνέων, ἀτεχνῶς ὡσπερ ἐν παιδῶν παιδιᾷ βασιλεὺς, ἄνω μένων, πάλιν κατιῶν, τῶν συγχωρησούτων βασιλεύειν δεόμενος. Pace Antalcidea contra, uti notissimum est, foedere sancitum est, ut omnes Graecae in Asia civitates Regi subjectae essent.

Ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ἃν ἐπέμψεν ἐδήλωσε. Utrumque dicitur et ἐκ τῶν ἐπιστολῶν et ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς. Corajus suspicatur respici ejusmodi epistolam, qualis fuit ea, cujus mentionem facit Aeschines C. Ctesiph. p. 241. his verbis: ὁ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, οὐ πολλῷ πρότερον χρόνῳ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν, κατέπεμψε τῷ δήμῳ καὶ μάλα ὑβριστικὴν καὶ βάρβαρον ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ τὰ τε δὴ ἄλλα καὶ μάλ' ἀπαιδεύτως διελέχθη, καὶ ἐπὶ τελευτῆς ἐνέγραψεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ. Ἐγὼ, Φησὶν, ὑμῶν χρυσίον οὐ δώσω· μή με αἰτεῖτε, οὐ γὰρ λύσεσθε. Num vero ipsae illae epistolae, quas Isocrates in animo habuit, alicubi exstant, equidem dicere, nequeo.

## C A P. XXXVIII.

Ἐπὶ μὲν ἐκείνης τῆς εὐταξίας. Hoc est tempore illius boni ordinis, i. e. eo tempore cum bono ordini conservando tantum operae dabat Areopagus: ὑπὸ hic idem fere valet ac ἐπὶ, tempus designans, qua de re cf. Sluiterus Lect. And. p. 265.

Τοὺς ἰδ' εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλοντας ἅπαντας μαχόμενοι νικῶν. „Observetur,” inquit Wolfius, „ἡ ἀντίπασις, ἀπ-

„phī-



in phibollae vitandae causa, ut arbitror, usurpata. Ex regula,  
 enim dicendum erat, ὥστε μαχομένους νικᾶν τοὺς εἰσβάλλο-  
 ντας. Sed tum fuisset ambiguum (quod ad constructio-  
 nem quidem attinet. Nam sententia vel sic plana atque  
 perspicua esset) utrum τὸ μαχομένους ad Athenienses per-  
 tineret, an vero ad hostes? Accipiatur item τὸ μαχομένοι,  
 ἀντὶ τοῦ, τῷ μάχεσθαι, pugnando." Cum his, et nonnul-  
 lis ex antecedentibus, uti et sequentibus, in primis confe-  
 randa sunt quae scripsit Pace p. 174, B, et seq.

Ἀλλήλοις μὲν γὰρ — παραλείπομεν. Recte, Wolfius ad  
 h. l. „Athenae," inquit, „plenaes fuerunt sycophantia-  
 adeo ut litibus perstreperent omnia. Ad eam rixandi et  
 calumniandi libidinem haec verba referenda sunt." Multa  
 verba fiunt in Orationibus de Pace et de Permutatione,  
 v. c. p. 185, C: 315, A. alibi. Referri etiam huc pot-  
 est aemulatio τοῦ δήμου et τῶν ἐλιγάρχων, quae duae partes  
 semper valuerunt Athenis. Cf. Casaubonus ad Theo-  
 phrastum p. 360.

Τῶν δὲ περὶ τὸν πόλεμον — ἀργύριον. Cf. locus ex Orat.  
 de Pace modo laudatus; et alius p. 168, B: ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ  
 τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνεύειν ἀξιούμεν· ἀλλ'  
 ἔρχειν μὲν ἀπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλο-  
 μεν· καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους  
 ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς ἀσκοῦμεν. Εἰς ἐξέ-  
 τασιν ἵέναι recte, ut videtur, Corajus explicat: πορεύεσθαι  
 εἰς τὸ ἐγγραφῆναι τῷ στρατιωτικῷ καταλόγῳ, εἰς τὸ μετὰ  
 τῶν στρατευσομένων ἐξετασθῆναι. Adoic: εἴη δ' ἂν ἐξέτα-  
 σις τῶν στρατιωτῶν καὶ ἦν οἱ Γάλλοι γυνε κλοῦσι. Illud  
 praefero, ut sensus sit: adeo negligimus belli studia, ut ne-  
 pomen quidem dare militiae velimus, nisi accepta pecunia.  
 Atque ita fere jam Wolfius interpretatus erat. Τολμᾶν h. l.  
 non adeo *audere* significat, sed potius *in animum indu-  
 cere, velle*, uti etiam Paneg. C. XV. p. 34. explicat Ma-  
 rus



tos in Indice. Cf. de hoc usu verbi τελευτῶν Cl. Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 273.

Τὸ δὲ μέγιστον· τότε μὲν οὐδεὶς — τὴν πύλιν κατῆ-  
σχυνε. Laudat Meursius de Fortuna Athen. C. IV. in se  
factum esse docens ex omnium rerum ad victum necessa-  
rium vili pretio. Adde debet cura divitum, qua pauperum  
inopiae subveniebant, hisque ad quævis honesta opificia pe-  
cuniarum auxilia suppeditabant: tum etiam lex περὶ ἀργίας,  
qua cavebatur, ne quis otio languesceret, atque in in-  
opiam incideret. De quibus supra dixit Isocrates Cap. XII  
et XVII. Qui hic ἐνδεῆς τῶν ἀναγκαίων, alias dicitur  
βίου χреζών, βίου ἐνδεῆς, docente Valcken. ad Theocr. Ado-  
niaz. p. 243, B. De eleganti formula Attica τὸ δὲ μέ-  
γιστον, monuerunt Hoogev. ad Vig. p. 11. et Wyttenb.  
l. c. p. 162.

Nūn δὲ πλείους εἰσὶν οἱ σπανιζέμενοι τῶν ἐχόντων,  
Nunc vero major est pauperum, quam divitum numerus,  
Conf. quae supra dixit Cap. XX. initio et fine, ibique  
notata.

### C A P. XXXIX.


Τὴν τε πρόσοδον ἐποίησάμην καὶ τοὺς λόγους εἶρηκα τοῦ-  
τους, Huc accessi, in hunc locum adscendi, et hanc ora-  
tionein habui. Vid. ann. ad Cap. I.

Χειροτονεῖτε, *Manibus sublatis, extensis, decernite*, ut  
mos erat Atheniensibus, satis cognitus. Sed ad hunc mo-  
rem respiciens eleganter dixit Andocides Or. III. p. 288:  
ὁ γὰρ τὴν χεῖρα μέλλων ὑμῶν αἶρειν, οὗτος ὁ πρεσβεύων  
ἐστίν, ὅπτερ' ἐν αὐτῷ δοκῆ, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὸν  
πόλεμον ποιῶν. Forte etiam respexit Lycurgus adv. Leocr.  
p. 182: διομωμῆκατε δ' ἐν τῷ ψήφισματι τῷ Δημοφάντων,  
κτείνειν τὸν τὴν πατρίδα προδιδόντα, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ  
καὶ χεῖρὶ καὶ ψήφῳ.

ΕΥΛΟΓΙΟΝ

ΛΑΤΕΙΝ

ΑΥΤΟΥ



# I N D E X

## ANNOTATIONIS.

A.

- ἀγαπήν. 151.  
 ἄγειν εἰρήνην. 70.  
 ἄγειν εἰς βουλήν. 139.  
 Agesilai dictum. 94.  
 ἄγνοια 184. conf. cum ἄ-  
 νοια. 185.  
 ἀγορά. 146.  
 ἀκμή. 126.  
 ἀληθές; εἰρήσεται τὰληθές  
 et similes formulae 184.  
 ἄλλοι et ἄλλοι. conf. 35, 176.  
 ἀμελεῖν. 172.  
 Anacolutha. 82, 173.  
 ἀνάλωσεν Attice pro ἀνήλω-  
 σεν et similia. 88.  
 ἀνάστατος. 76.  
 ἀνὴρ differt ab ἄνθρωπος. 91.  
 — Eius vocis varii usus.  
 91.  
 ἄνοια Atheniensium. 184.  
 Opponitur, τῇ σφροσύνῃ.  
 78.  
 ἀντίπτωσις. 190.  
 ἄπλῶς. 133.  
 ἀπογράφεσθαι τὴν πρόσοδον  
 69.  
 ἀποκρύπτεσθαι τὰ ὄντα. 122.  
 ἀποπλανῶ, et ἀποπλανηθῶ.  
 126.  
 ἀποστερεῖν. 121.  
 ἀφ' ἑρμῆ. 119.  
 οἱ ἀφικνούμενοι. 169.  
 Archontes sorte lecti. 106.  
 Areopagus an Artopagus. 48.  
 Areopagus morum censuram  
 agebat. 139.  
 Areopagi praestantia Veteri-  
 bus celebrata. 127.  
 — auctoritas imminuta  
 149.  
 Areopagitarum δοκιμασία.  
 128.  
 Areopagiticus Isocratis cur  
 ita dictus. 50.  
 Bb Areo-



Areopagiticus. Ejus argumentum. 52. et sq.

— quando scriptus. 59. et sqq.

— Lysiae. 49, 52.

Ἄρειοπαγιτικός, ap' Ἄρειοπαγιτικός. 47. et seq.

Ἄρειοπαγῖται ap' Ἄρειοπαγῖται. 48.

ἄργια. 113.

— Lex contra eam Athenis. 136.

Aristophanes βωμολόχος Aeliano dictus. 148.

Aristotelis loca. 104, 105, 108.

ἄρχαι κλημεναὶ et aliae Athenis. 105. et seqq.

ἀρχή. τὴν ἀρχὴν adverbialiter. 150.

Athenarum κώμη. 138.

— conversio sub cccc. 157.

Athenienses αὐτόχθονες. 182.

— fere in servitutum redacti. 77.

— Eorum res male gestae. 82. et sqq.

— Bella ab iis gesta. 182.

— Principatus Graeciae iis delatus. 75.

— Eorum clades ad Aegospotamos. 77, 165.

— — mos in agris habitandi. 151.

Attica sterilis. Comparatio inde desumpta. 179.

αὐλητρίδες. 143.

αὐτὸ κατ' αὐτὸ. 71.

## B.

ὁ βάρβαρος quis? 85.

βασιλεὺς: βασιλεὺς ὁ μέγας

Rex Persarum. 80.

Bellum Sacrum. 63.

βίος. 113.

βωμολοχεύεσθαι. 148.

## C.

Chelidoneae insulae. 189.

Cicero. 109, 114. emendatus

a Valckenaerio. 66.

Cives magistratibus similes.

Locus communis. 108.

Clisthenes. 97. et sqq.

Comparationes Oratoribus usitatae. 59, 102.

Conon. 93.

Conversio Athenarum sub cccc. 157. et sqq.

Cyaneae insulae. 189.

## D.

δε̄ repetitum. 141.

δέχεσθαι, velle, optare. 74.

Demosthenis Oratio pro Megalopolitis. 86.

δέον,



- δέον, τὰ δέοντα πράττειν, *prosperè rem gerere.* 89.  
 δεῖσθαι. μηδὲν δέομενος. 111.  
 δημάρχοι Athenis. 138.  
 δημοβοινίαι. 115.  
 δήμοι Atticae. 138.  
 δημοτικὸς. 97, 149.  
 διασκαριφήσασθαι. 94.  
 Diodorus Siculus. 175.  
 Dionysii Halicarnassensis locus de Areopagiticò Isocratis. 54, 125.  
 Divitiae Athenis primum honori, postea periculo. 122.  
 δοκιμάζεσθαι εἰς ἄνδρας. 125.  
 δοκιμασία magistratuum Atheniensium. 107.  
 ——— Areopagitarum. 128.  
 Duplex lectio. 30.  
 δυστυχής. 149.

E.

- εἰκότως. 90.  
 εἶναι ἐν τινί. 118.  
 εἰσκηγεῖσθαι. 161.  
 εἰςφρασί. 150.  
 ἐμπλήκτως. 118.  
 ἐμπορία opponitur τῇ λειτουργίᾳ. 111.  
 ἐμφάγματα ἁμαρτημάτων. 131.  
 ἐνεκα, quod attinet ad. 130.  
 ἐνεργὰ χρήματα. 123.
- ἐννεάκρουνος (ἦ) fons Athenis. 142.  
 ἐνόντα (τὰ). 185.  
 ἐξέτασις. εἰς ἐξέτασιν ἰέναι. 192.  
 ἐξίτηλος. 140.  
 ἐξοκέλλειν. 101.  
 ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν. 165.  
 Exercitiorum duo genera apud Athenienses. 137.  
 Exsules tempore Triginta tyrannorum. 175.  
 Ephori Lacedaemoniorum. 163.  
 ἐπιδίδωμι varie construitur. 74.  
 ἐπίθετοι ὄρταί. 115.  
 ἐπισκευή. 152.  
 Equitationis studium Athenis. 137.  
 ἐργάζεσθαι. 109.  
 ἐργασίαι et εὐεργεσίαι confunduntur. 156.  
 ἐτοίμως an ἐτοίμους apud Isocr. 70.  
 εὐαγγέλια θύειν. 89.  
 εὐγένεια quibus tribuatur? 183.  
 Euphemismi Atticorum. 71, 155.  
 εὐφυής. 149.  
 Euripides. 109.  
 εὐτράπελος. 148.  
 ἔχειν κατὰ τρόπον. 188.  
 οἱ ἔχοντες, divites. 156.



## F.

*Fortunam Veteres rationi*  
opponunt. 90.  
*Futurum medium pro pas-*  
sivo. 122.

## G.

**F** et **T** confunduntur. 37.  
γάρ pro ὅτι. 100.  
γάρ. igitur. 102.  
γέμω. 135. —  
γερούσια Lacedaemoniorum.  
164.  
Gerundii in εὖν et ἐξ usus. 127.  
γεωργίαι. 119.  
γίνομαι an γίγνομαι. 109.  
Grammaticus antiquus expl.  
117.  
γυμνάσια tria Athenis. 137.

## H.

Halys fl. et urbs Phaselis ter-  
mini barbarorum. 188.  
Harmodius et Aristogiton A-  
thenas non liberarunt. 99.  
Harpocratio. 142, 160, 169.  
et seq.  
Hellespontus. Clades ad Hel-  
lespontum eadem quae ad  
Aegospotamos. 166.  
Hemsterhusii Annotationes.  
9, 71.  
Herodotus. 68, 113.

## I.

ἰδέαι genera. 181.  
ἴδιαι et οἰκεῖαι differunt. 110.  
ἰερά καὶ θυρία. 171.  
ἰερά καὶ θορία. 170.  
Indicativo utuntur Graeci,  
ubi Latini subiectivum  
habent. 82.  
Isocrates 142, 156, 162, 185.  
—— alios loquentes in-  
ducit. 157.  
—— sui similis. 79.  
Isocratis Oratio περὶ τῆς ἀν-  
τιδόσεως plenius edita. 64.  
et Praef.  
—— ——— περὶ εἰρήνης.  
62.  
—— Panathenaicus. 66.  
—— Editiones. Praef.  
ἰσότητες duas. 104.

## K.

καθομιλεῖν. 145.  
κακοδαιμονῶν. 178.  
καπηλεῖον. 147.  
καταπλέειν. 76.  
καταπολεμεῖν. 80.  
κατορθεῖν, κατάρτωμα. 178.  
κινεῖν. 118.  
κοινὸς, publicae utilitati in-  
serviens. 177.  
κομίζεσθαι, recuperare. 119.  
κτῆ-



κτήσεις et χρήσεις opponuntur.

123.

κῶμαι Athenarum. 138.

κύρβεις. τὰ ἐκ τῶν κύρβεων

θύειν. 116.

L.

Lacedaemoniorum origo, superbia, pericula. 78.

———— mixta Reipubl. forma.

162. aequalitas. 163.

———— opem petunt ab Atheniensibus post pugnam Leuctricam. 177.

λαμβάνειν periphrasi inservit.

74.

Laus maximum virtutis praemium. 114.

Lectio duplex. 30.

λειτουργία ἀπ λητουργία, et quid? 112.

λήμμα ἀπ λήμα. 112, 113.

ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. 126.

λόγος. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. 186.

λόγῳ μὲν — ἔργῳ δέ. 103.

Lycurgi Legislatoris consilium. 164.

———— dictum. 94.

Lycurgus Orator. 114, 183, 192.

Lysias. 121.

———— Ejus Areopagiticus. 49, 52.

M.

Magistratum eligendorum ratio Athenis. 105 et seqq.

———— apud Lacedaemonios. 160.

Magistri quot qualesque in Atheniensium institutione. 123.

Matrimonium apud Lacedaemonios. 164.

Megalopolitae defensi a Demosthene. 86.

μὲν et δὲ bis sibi respondent. 140.

μετιέναι. 175.

μὴ sequente futuro Indicativi. 117.

μηδὲν δεῖσθαι. 111.

μισθωμα. ἀπὸ μισθωμάτων θύειν. 116.

N.

Navalia Atheniensium. 174.

νεώροικοι et νεώρια quomodo differant. 174.

Niciae dictum. 94.

O. Ω.

οἰκεῖα et ἴδια quomodo differant. 110.

ὄνομα et ἔργον opponuntur. 103.

B b 3

Olyn-





- Olynthus a Philippo expugnata. 62, 83.  
 ἴμιλειν cum Accus. 144.  
 ὕπνος sequente. Indicativo. 10, 17.  
 Oratores admirationi auditoris occurrunt. 65.  
 ὀργιάζειν. 115.  
 ὄσια et ἱερὰ junguntur. 170.  
 οὐδείς ὅστις οὐκ. 161.  
 οὐχ ὅπως ἀλλά. 119.  
 ὡς ἐτύγχανον. 161.
- P. Φ. Ψ.
- παραχωρεῖν. 186.  
 Participia pro Infinitivis. 168.  
 περιπίπτειν συμφοραῖς. 101.  
 Persarum Rex Atheniensibus inimicus. 80.  
 — Ejus Epistolae. 190.  
 Phaselis et Halys termini barbarorum. 188. et seq.  
 φεῖδεσθαι. 110.  
 Φειδίτια Lacedaemoniorum. 164.  
 Philippus Macedo pacem offert Atheniensibus. 63.  
 — bellum sacrum conficit. ibid.  
 Philosophiae quale studium - Athenis. 137.  
 Φορτικῶς. 153.  
 Φρόνιμοι oppugnantur τοῖς ἀνοήτοις. 73.
- φύσις. 129.  
 Φυγή pro φυγάδες, abstractum pro concreto. 100.  
 Φύσις καρπῶν periphrasis pro κάρποι. 180.  
 Plato emend. 185.  
 πρόσδος Doricum pro πρόσδος. 68.  
 ποιεῖσθαι infinitivus periphrasi inservit. 68.  
 πολιτεία est ψυχὴ πόλεως. 95.  
 πολλὰ καὶ δεινὰ et similia alia. 100.  
 Polybius. 104.  
 πρόβουλοι XX Athenis constituti ante conversionem τῶν CCCC. 159.  
 προκρίνειν. 106.  
 πρόνοιον ποιεῖσθαι τινός. 118.  
 προσέχειν τινὶ et τὸν νοῦν τινί. 76.  
 πρόσδος et πρόσδον ποιεῖσθαι quid? 68.  
 προςποιεῖσθαι, *lucrum facere*. 121.  
 ψυχὴ πόλεως dicitur ἢ πολιτεία. 95.  
 — Dictio ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον. 131.  
 Publica privatorum loco habenda in rep. gerenda existimabant Athenienses. 113.



## S.

σεμνύνεσθαι. 147.  
 σκιράφεια. 143.  
 Solon δημοτικώτατος. 97.  
 Solonis legibus quaenam pro-  
 pria fuerint. 121, 134, 141.  
 Sophoclis sententia. 132.  
 συγγραφεῖς ante cccc con-  
 stituti. 158.  
 συλᾶν. 173.  
 συλλήβδην. 102.  
 σύνοδοι ante cccc constituti  
 quinam? 159.  
 συντάξεις Atticis φέροι dicun-  
 tur. 71.  
 συσσίτια Lacedaemoniorum.  
 164.  
 σχολή. 113.  
 σωφρονισταὶ magistratus Athe-  
 nis. 124.  
 σωφροσύνη opponitur τῇ ἀ-  
 νομίᾳ. 72. item τῇ ἀκολα-  
 σίᾳ. 73.

## T. Θ.

τάχα. 178.  
 τέχναι et πράξεις. 182.  
 θαυμάζειν et ζηλοῦν jungun-  
 tur. 145.  
 Themistoclis dictum. 94.  
 Theopompus Isocratea ex  
 Arcopagitico recullit. 71.

Theopompi locus ex Athe-  
 naeo. 142.  
 θεωρία et θεωρικὰ χρήματα  
 152.  
 Thraciae civitates a Philippo  
 expugnatae. 82.  
 θυσίαι et ἱερὰ junguntur. 171.  
 Timotheus Atheniensium Dux.  
 93.  
 τιμωρία tribuitur ἐχθροῖς.  
 135.  
 τοῦτο sequente Genitivo sub-  
 stantivi. 81.  
 Triremes quot habuerint A-  
 thenienses? 69.  
 τρόπος. ἔχειν κατὰ τρόπον.  
 188.  
 τύχη opponitur ἀνδρὸς ἀρε-  
 τῇ. 90.  
 τυγχάνειν. ὡς ἔτυχε. 161.  
 Tyranni XXX Athenis. Eo-  
 rum historia attingitur. 168.  
 et seqq.

## V.

Venationis studium Athenis.  
 137.  
 Verbis actionem significanti-  
 bus Inest voluntatis agendi  
 notio. 160.  
 Verba diversos casus regentia  
 cum uno substantivo po-  
 sita. 145. et seqq.

## VI-



INDEX ANNOTATIONIS.

Vice Veterum Oratorum Gallice conscriptae. 50. in nota.

Υ.

Χ. Ε.

ὑπέρ, pro, in gratiam.

97.

Ξένοι. 83.


ὑπὸ tempus denotat. 190.

Ξινοφῶν. 154.

ὑπόθεσις. ἔξω τῆς ὑποθέσεως

Xenophon, 108, 109.

λέγειν. 165.



... πρὸς τὸν ...  
 ... ἡ δὲ ...  
 ... καὶ ...

**ADDENDA ET EMENDANDA.**

... ἡ δὲ ...  
 ... καὶ ...

- Pag. 3. vs. 13. ἀναιρεῖ, ἡ δὲ leg. ἀναιρεῖ. ἡ δὲ
- 6. 5. ἐνδείαις καὶ — ἐνδείαις καὶ
- 7. 11. ζῆν. καὶ — ζῆν καὶ
- 21. βασιλέα, πάλιν. — βασιλέα πάλιν
- 8. 7. χιλία. Sic male ediderunt Isingr. Wolf. Lang. Cor. et nos quoque in errorem induxerunt. Rectius, Stephanus, χίλια, uti etiam scribitur in Cod. LB.
- 17. ἰη ποί. βαθυμότερον leg. βαθυμότερον
- 10. 5. ἄλλο, ἢ καὶ — ἄλλο ἢ
- 11. ult. μὴ, τοσαύτης — μὴ τοσαύτης
- 13. 13. οἱοί περ' ἔν — οἱοίπερ ἔν
- 18. ἀρχὰς, τοῦς — ἀρχὰς τοῦς
- 19. 4. ἰη ποί. τοῦς δέ — τοῦς δέ
- 23. 12. Cap. XVII. hic augeratur sequenti notula: [Ἐπιθυμίας] ἐπιμελείαις conjicit Cl. Wyttenb. ad Plutarch. p. 8, E.
- 24. 5. πράττοντας, ἐπὶ leg. πράττοντας ἐπὶ
- 35. 1. ἰη ποί. νεωσοίκους — νεωσοίκους
- 41. 9. ἰη ποί. Ληνον — Λη non
- ult. εἰσβάλλοντας — εἰσβάλλοντα
- 47. 19. Beckero — Bekkero.
- 55. ult. ἰη n. Corajus l. c. — Corajus l. c.
- 59. 10. Isocratis — Isocrates
- 64. 31. seni — sene
- 72. 11. bonarum — bonorum
- 75. 13. ἐκόντων — ἐκόντων



- Pag. 80. vs. 27. De inimiciis Atheniensium cum Rege Persarum constat ex Demosthenis Oratione *περὶ συμμοριῶν*, ejusque argumento a Libanio conscripto; si modo ea ad haec tempora pertineat. Jam Wolfius eam ad sequentia laudaverat. Vid. infra p. 85.
- 83. — 9. *χιλία* leg. *χιλία*
- 104. — 28. L. IV. p. 236: — Lib. VI. p. 236: Nempe in Sel. Princ. Hist. Cl. Wyttenb. ubi hic locus refertur. In Ed. Ern. est T. II. p. 21.
- 111. — 23. *advolant* leg. *advolent*
- 116. — 14. *celebarentur* — *celebrarentur*
- 117. — 27. *scripsimus.* Adde: Tuetur sese item Cap. V. lectio *ὅπως ἐπανορθώσομεν.* — Et de simplici *μη* cum futuro indicativi laudandus fuerat Koen. ad Gregor. de Dial. Dor. §. XCVII, citatus Schaefero ad Sophocl. Ajac. p. 233.
- 118. — 26. *inter consuetudo* leg. *inter se consuetudo.*
- 125. — 3. De liberorum institutione apud Athenienses vid. etiam Cl. Wyttenb. ad Plutarch. T. L. P. I. p. 41. et legatur in primis Aeschines adv. Timarchum initio.
- 127. — 16. p. 45. Ed. P. Pantini LB. 1614. 8<sup>o</sup>. Locus est in Ed. Gr. et Lat. D. Petavii et Jo. Harduini Paris. 1684. Or. XXVII. p. 315; C.
- 129. — 5. *αρχαι* leg. *ἀρχαι*
- 130. — 27. *ὁ Φίλιππος.* Addantur Plato in Euthyphr. p. 11, D. Xenoph. Hist. Gr. II. p. 455; A.
- 132. — 12. *velit.* leg. *velit?*
- 133. — 20. *ῥαδίως* — *ῥαδίως*
- 134. — 22. *civium respondit.* — *civium; respondit*
- 135. — 22. *Εὐβουλος Εἰρήνη* — *Εἰρήνη.* *Eubulus*  
au-



autem aliis intelligi nequit, quam comicus. Nec tamen Fabricio Bibl. Gr. Vol. II, p. 760, titulos deperditarum fabularum *Eubuli Comici* recensenti, ulla εἰρήνης mentio fit. Ad Fragmentum Dionis Cassii ab alio Grammatico servatum quod attinet, novum est, uti plura in hoc Auctore, certe non legitur in Fragmentis Editioni Leuclav. subjectis.

Page 137. vs. 30. Lesbonaξ. leg. Lesbonaξ

— 139. — 28. Diogenem Laert. VII. Ed. Casaub. p. 542

— 140. — 19. sit, de leg. sit de

— 143. — 23. *tribicines* leg. *tribicines*

— 29. *Saltatrices* leg. *Saltatrices*

— 154. — 16. *ridet* leg. *ridet*

— 30. volunt. Adde: Suidas in v. συγγραφεῖς aequae corruptus ac Harpocration, a quo sua sumsit, eadem ratione sanandus videtur.

— 164. — 17. inter *deleatur*

— 167. — 19. *Addatur*: Wolfii ad h. l. annotatio haec est: „Intelligo pacem factam primum inter Lacedaemonios et XXX, deinde inter CCCC tyrannos, quibus Leo 2, Diomedon, Thrasylbulus et Thrasyltus se opposuerunt.“

— 172. — 23. Suidae, qui sua e Harpocr. sumsit, locum in voce *δοσιον* relegentibus nobis dignum animadversione visum est, eum simpliciter habere: καὶ Ἰσοκράτης τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς δοσίοις. nulla *Areopagitici* facta mentione. Quid si ista verba ex deperdita quadam Isocratis Oratione ab Harpocr. transscripta sint, seriore vero aetate sciolus aliquis, putans respici locum *Areop-*



- pagitici τῶν ἱεροῦ καὶ ταῖς βυσίαις, margini Lexicographi adscripterit Ἀρεοπαγι-  
 τιάῳ, quae vox postea in textum irrepse-  
 rit? — Fieri etiam potest ut vitiose in suo  
 Codice scriptum haberit Grammaticus.  
 De Θ et Ο confusis monuit Valcken. ad  
 Δσμ. p. 120: οὐσία et βυσία confusa ani-  
 madvertit Koen. ad Gregor. p. 106. et seq.  
 Literarum dissimilitudo non adeo magna est.  
 ΟΣΙΟΙΣ. ΘΤΣΙΑΙΣ. Sed nil-definitio.
- Pag. 172. vs. 24. τριακόντα leg. τριάκοντα —  
 — 175. — 21. aufugerent — aufugerant —  
 — 176. — 21. ἐφ' ᾧ — ἐφ' ᾧ —  
 — 180. — 17. Or. V. p. 122, Ed. P. Pantini supra-l.  
 — Ap. Hard. Or. XXVII. p. 333, B. —  
 — 182. — 21. Haec ego scripseram. Postea intellexi Cl.  
 Promotori magis placere, ut τέχναι in-  
 telligantur *studia et artes liberales*, qui-  
 bus et juvenes Athenis erudiebantur, et  
 omnes operam dabant: πράξεις esse harum  
 artium quasi *effectiōnem*, *opera ipsa artis*.  
 Posse totum hoc accipi, ut ἐν διὰ δυοῖν,  
 πρὸς τὰς τῶν τεχνῶν πράξεις.  
 — 33. quibus cum leg. quibuscum  
 — 184. — 9. τᾶληβῆ — τᾶληβῆ  
 — 29. ἤδη — ἤδη —  
 — 186. — 16. καὶ τί με — καὶ τί με  
 — 189. — 9. ἀγαπήσαντες ἔστησαν. Enallage quaedam  
 participii cum verbo, non incognita. Putet  
 tamen quis, forte a Lycurgo scriptum esse  
 στήσαντες ἠγάπησαν vel et ἠγάπ. στήσ.  
 — 191. — 9. conferanda leg. conferenda
- Reliquis erratis sive meis, sive operarum, benevolus  
 Lector ignoscat.



# T H E S E S.

## I.

**A**d accuratam Literarum scientiam pertinet plurimumque confert *cognitio* fontium, unde omnis humanitas fluxit, sive *Historiae*, quae dicitur, *Literariae* Scriptorum Graecorum et Latinorum, breviter, perspicue, secundum Saeculorum ordinem aliamve commodam temporis distributionem, et cum quadam significatione ortus, incrementi, et lapsus Literarum, causarumque quibus ea facta sint, traditae.

## II.

Neque ii tantum Scriptores, qui ipsi Graeci et Romani de rebus Graecis et Romanis retulerunt, cognoscendi et legendi sunt: sed et *Patrum*, qui vocantur, *Ecclesiasticorum* utriusque Linguae, nisi omnium, multorum certe, ut cognitio, sic usus plane intactus relinqui aut prorsus negligi non potest ab iis qui ad docti Literatoris laudem adspirant.

## III.

Graecarum Literarum diligens et, quantum fieri potest, perfecta scientia non alia via paratur quam omnium deinceps Scriptorum Veterum, inde ab Homero usque ad ultima tempora, grammatica et critica lectione et pertractatione.

## IV.





## I V.

Quamvis libertatis amissio multum contulerit ad Literarum, in primis Eloquentiae, apud Romanos neglectum, minime tamen ex hac sola causa hujus rei ratio est repetenda.

## V.

Liberatarum Athenarum laus verius Clistheni et Alcmaeonidis, quam Harmodio et Aristogitoni tribuitur.

## V I.

Minus vere Taylorus Lect. Lys. C. VI. contendit, Orationem *contra Alcibiadem*, quae *Andocidis* nomine fertur, ab eo ad *Phaeacem* auctorem transferendam esse, recte refutatus a Ruhnkenio Hist. Crit. Or. Gr. p. LII—LVII. et Valckenaerio apud Sluiterum Lect. Andoc. p. 17—26.

## V I I.

Quae prima fertur inter Isocrateas Orationes Παράλεισις πρὸς Δημόνικον, sitne genuinum *Isocratis Atheniensis* opus, an alius *Isocratis Apolloniatae*, illius discipuli, quem auctorem laudat Harpocration in V. ἐπακτὸς ὄρκος, in magna Doctorum dissensione versatur, et difficile iudicium est. Quae vero eam proxime excipiunt duae, altera πρὸς Νικοκλέα, altera Νικοκλήε, temere nonnullis suspectae fuerunt tanquam ab Isocrate illo non profectae; quos sequitur Stephanus ut in Diatr. Isocr. II. sic in Praef. ad suam



suam Edit. Sed Epistolarum ultima *ad Dionysium*,  
Isocratem plane mentiens, Sophistae cuidam debetur.

## V I I I.

Nulla dubitandi ratio est, quin pars Orationis *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, quam nuper (vid. Praef. p. XV.) primus Mustoxydes, postea Orellius edidit, germanum Isocratis opus sit. Nec parum ad ejus authenticam probandam facit in hisce Isocrateis de discipulis suis p. 63: ἤρξαντο μὲν οὖν ἐν πρώτοις Εὐνομός μοι καὶ Λυσιθίδης, καὶ Κάλλιππος πλησιάζειν, μετὰ δὲ τρίτους Ὀνήτωρ, Ἀντικλῆς, Φιλωνίδης, Χαρμαντίδης: verissima emendatio Orellii, ut in Praef. p. XVI. sic in Ann. p. 252, pro eo, quod antea e Codicibus vulgaverat primus Editor, ὁ ῥήτωρ, *Onetoris* nomen restituentis, quem ex hac Oratione laudavit Harpocratio in voce,

## I X.

HORATIANA illa Od. IV, 9, 25 — 28:

*Vixere fortes ante Agamemnona  
Multi: sed omnes illacrymabiles  
Urgentur, ignotique longa  
Nocte, carent quia vate sacro.*

comparanda sunt cum hisce ex parte illa recens edita Orationis Isocrateae p. 77: πόσους δὲ (οἶει) τῶν προγεγενημένων ἀγωνύμους εἶναι, πολὺ σπουδαιότερους καὶ πλεονος ἀξιους γεγενημένους τῶν ἀδομένων καὶ τραγωδουμένων; ἀλλ' οἱ μὲν, οἶμαι, ποιητῶν ἔτυχον καὶ λογοποιῶν, οἱ δ' οὐκ ἔσχον τοὺς ὑμνήσαντας. Praesertim cum in Euag.

P.



p. 190, A, ὑμνούμενοι καὶ τραγυδοῦμενοι dicantur, qui Trojanis temporibus floruerunt.

X.

Libelli HORATIANI de Arte Poëtica ea præstantia est, ut non iis tantum, qui poëtae laudem assequi cupiant, nocturna diurnaue manu versandus sit: sed omnibus, in quacunque Elegantiorum Literarum parte industriam suam probare velint, in primis vero Oratoribus, etiam Sacris, diligens ejus et repetita lectio magnopere commendari mereatur.

XI.

Optimo consilio CICERO in Libris de Officiis Pænetium Stoicum secutus est, quamvis scriberet ad Marcum filium, Peripateticæ philosophiæ, ducē Cratippo, non Stoicæ studiosum.

XII.

Locus Ciceronis de N. D. I, 10: Thales enim Milesius — aquam dixit esse initium rerum, deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret: non probat Thaletem statuisse Deum, sive mentem aliquam a rerum materia sejunctam.

